norum partem in opera pia expendere. 1. quia donatio remuneratoria ex sola gratitudine debita, majorem debiti rationem habet, quam vera eleemosyna, & tamen non minuit legitimam filiorum: ergo a fortiori nec eleemosyna. 2. quia eleemosyna non est vere donatio remuneratoria: nec est vere causa pia, Deoque grata, quando in præjudicium rei alteri debitæ fit, qualis est legitima. Unde merito *D Aug.* & habetur *c. fin. 17. q. 4.* ait: *quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum, imo Deo propitio neminem invenies*, 3. quia *d. l. 30. Tauri*, expresse disponitur legatum pro sacris faciendis extrahendum esse ex quinta bonorum parte, cum tamen sit legatum pium pro anima. Tandem quia praxis receptissima regni Castellæ habet solum parentibus licere disponere de quinta bonorum parte, sive in vita, sive in morte, in præjudicium filiorum, quando dispositio non est necessaria, sed liberalis. Et ita hanc partem tenet late probans *Gut. de fur. 1. p. 5. n. 28. & l. 3. præt. q. 61. n. 2. & seq.* Pro eadem sent. est *Suarez l. Quoniam in prioribus, in declaratione legis regni, lim. 1. init. C. de inoffic. test.* ubi aliis citatis asserit, si hæreditas patris esset adeo opulenta, ut legatum pium parum excedens quintum bonorum, modicum præjudicium filiis inferret, posse sustineri tale legatum: quod idem sequitur *Beaza de non melior. filiab. c. 27. n. 9. Azebedo l. 5. recop. tit. 9. l. 1. n. 67. & 68.* addens, idem dicendum esse de tertio, si filius patri opulentissimam hæreditatem relinqueret: & dicit esse probabile *Gut. 3. præt. qu. 61. fine*, licet probabilius dicat, non valere, excessum illum, ultra tertium vel quintum.

7 Ad arg. prioris sententiæ, proposita n. 2. respondetur. Ad 1. dic cum *Cov. c. Cum in officii, n. 11. de test.* esse minori privilegio præditam patroni portionem, quam filiorum legitimam; ut notat *Jason. l. cum qui, C. de inoffic. test.* Ad 2. dico: nomine donationis gratiosæ, intelligi donationes omnes, quæ non ex justitiæ debito fiunt. Ad 3. dico, argumentum procedere, si pater non haberet unde posset obsequia sibi præstita remunerare. At cum habeat quintum bonorum, de quo potest disponere, æquum non est ut filiorum legitimas minuens se gratum exhibeat.

8 Quæstio II. An donationes & eleemosynæ minutatim a parentibus factæ, dum superstites sunt, computandæ sint in ea parte de qua libere possunt disponere, & ita in regno Castellæ de quinto bonorum defalcandæ sint: ita ut si ex iis minutis donationibus ac eleemosynis coalescat acervus, qui vel quintum excedat, non posit amplius parens de quinto bonorum disponere: vel si non excedat, tantum posit parens de residuo disponere? Varii sunt dicendi modi. Primus ait, donationes etiam minimas & minutatim factas esse de quinto defalcandas. Prob. ex *l. 28. Tauri, hodie l. 12. t. 6. lib. 5. recop. Castellæ*, præcipiente, ne parentes in vita vel in morte nisi de quinta bonorum parte disponant: juncta *l. 30. Tauri, hodie l. 13. eodem tit. 6.* decidenti omnes donationes gratiosas de quinto extrahendas esse: quæ leges licet duræ videantur, servandæ sunt, *l. Posteriori, ff. qui & a quibus*. Et confirm. quia parum interest filiorum, sive parentes per viam quotæ, sive minutatim disponant, cum æque lædantur, & minus habeant in bonis. 2. quia in concernentibus justitiam etiam parva attenduntur. Ut probant *Pinel. rub. C. de rejcind. vendit. n. 8. & 24.* Et ubi agitur de jure alterius auferendo, de minimis etiam habenda est ratio: ut late probat *Brunus tr. de statuto exclud. fœminas, a. 9. q. 12.* 3. ex doctrina *Inn c. 3. n. un. de don. Abbatis, c. 2. eod. t. n. 4.* ubi dicunt, si Prælatus potest donare modica: totque minutatim donet, ut Ecclesiam lædat, revocari ultimas donationes: ergo similiter donata a parentibus etiam modica: si quintum bonorum excedant, revocabuntur quoad excessum. Sic docet *Tello l. 28. Tauri, n. 4.*

9 Secundus dicendi modus est, si excessus sit modicus, ita ut filii parum graventur in legitima ex donationibus minutis toto vitæ curriculo factis, non defalcari de quinta bonorum parte, secus si esset notabilis excessus, & gravamen. Sic *Greg. Lop. lib. 8. verb. En vida, t. 4. p. 5. Gut. 2. præt. q. 68. n. 2.* licet dicat juris rigore attento veriorem esse primam sent. at æquitate & consuetudine attenta esse tenendam hanc sent. eamdem tenet *Manuel. 1. tom. summ 2. edit c. 92. n. 6.*

10 Tertius dicendi modus est, quando pater non donavit tempore vitæ quintum per modum quotæ, idest, certam bonorum partem, sed fecit aliquas speciales donationes modicas, & minutas eleemosynas, ut quotidie fit, non attendi ut tempore mortis diminuant quintum de quo pater disponere potest. Prob. ex consuetudine, quæ est optima legum interpres, *c. Cum dilectus, de consuetudine*, quæ ita interpretatur leges decidentes, ne liceat patri in filiorum præjudicium disponere, nisi de quinta bonorum parte, nullus enim dum testatur de hac parte, solet respicere ad modicas donationes. vel eleemosynas toto vitæ curriculo factas: quod si hæ minuerent quintum, rarissime parentes possent de quinto testari. Sic docent *Suarez l. Quoniam in prioribus, fine C. de inoffic. test. Baeza de non melior. filiab. c. 27. nu. 6. Matienzo l. 5. recop. l. 6. l. 12. gl. 3. nu. 3. Corduba summ. quæstiunc. 125. punct. 5.* Et hæc sent. est probabilis.

11 Ultimus dicendi modus est, qui præ ceteris mihi arridet, donationes non immodicas factas prudenter, pro modo substantiæ & qualitate personæ, & quas his attentis postulat recta ratio, atque bonorum administratio fieri, non teneri parentes computare in quinta bonorum parte, sed pertinere ad sumptus ordinarios, & ad bonorum administrationem: secus si limites prudentiæ & hujus rectæ administrationis excedant. Quia ita interpretatur praxis: & cum pater legitimus bonorum administrator sit, arcendus non est ab iis quæ recta & prudens administratio postulat. Sic docent *Angulo de melior. l. 12. glos. 1. n. 26. Ajora de partit. 2. p. q. 35. per totum, P. Molin. tom. 2. de just. tract. 2. disp. 283. §. Dubium est*, ubi bene addit, plus posse hoc modo donare parentes diversis, atque decursu temporis, quam simul: & hanc sententiam dicit probabilem, *Guttier 2. præt. qu. 68. fine*. Sed objicies hinc sequi donationes remuneratorias extrahendas esse de toto corpore hæreditatis, nec minuere quintum: quia recta administratio postulat parentes has donationes remuneratorias facere, ne ingrati sint erga benefactores. Respondetur verum esse, quando eæ donationes modicæ sunt; quando enim magnæ sunt, non petit recta administratio in præjudicium filiorum fieri, nec consuetudo permittit: sed solum de ea parte de qua possunt libere disponere.

Aliqui temperant, nisi donationes modicæ fierent alicui 12
ex filiis, & ultra eas aliquis postea in tertio & quinto melioraretur, tunc enim dicunt, imputandas esse in quinto, nec contra legis prohibitionem ultra tertium & quintum melioratio fiat. Sic *Matienz. lib. 5. recop. t. 6. l. 12. glos. 3. n. 3. Guttier. 2. præt. q. 68. fin. Angulo de melior. l. 12. glos. 1. n. 26.* Sed non video hujus limitationis solidum fundamentum: si enim de illis minutis ac modicis donationibus factis extraneo, curandum non est, nec minuunt tertium & quintum in quo filius meliorari potest: cur pejoris conditionis debet esse filius, cui hæ modicæ donationes fiunt?

Ad arg. pro prima opinione proposita n. 8. resp. Ad 1. dic 13
leges illas sic rigide loquentes, usu interpretatas esse, modo a nobis exposito, n. 11. ne, scilicet, curetur de modicis donationibus prudenti administratione factis. Ad confir. dic, non sentiri ita damnum, nec re vera tantum inferri, minutatim dando. Ad 2. & 3. dic omnia illa locum habere; ubi quis non est verus bonorum dominus, sed merus administrator, ut est prælatus, secus in vero dominio, qualis est pater.

Quæstio III. Utrum arrhæ promissæ per virum habentem fi- 14
lium prioris matr. sint extrahendæ ex toto hæreditatis corpore, vel ex sola ea parte de qua potest libere disponere? Ut in Castella, de quinto bonorum, vel si ascendentes habeat, de tertio. Quidam affirmant, extrahendas esse de toto hæreditatis corpore, instar æris alieni. Ducuntur, quia donatio arrharum non est simplex, sed remuneratoria. Sic *Azeb. l. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 30. Ajora de partit. 2. p. qu. 44.* temperans, quando vir absque dedecore non potuit omittere dare arrhas: & idem dicit uterque de sponsalitia largitate.

Ceterum dicendum est arrhas extrahendas esse ex ea par- 15
te de qua potest vir in præjudicium ascendentium, vel descendentium disponere: ut in Castella, de quinto bonorum, si filii ex priori matr. superstint: vel ex tertio, si solos ascendentes habeat. Et ratio est, quia donatio arrharum quamvis remuneratoria, non debetur ex justitia, sed ex liberali ac spontanea mariti promissione, qui nullo jure constringitur ad arrhas uxori assignandas. Ut bene docent *Suarez l. 3. fori, t. 2. De las arrhas, l. 1. n. 3. Covar. c. Officii, n. 4. de testam. Tello l. 16. Tauri, n. 9. Spino speculo testam. glos. 18. nu. 95. Matienzo l. 5. recop. t. 9. l. 7. glos. 1. nu. 8. Azebed. eod. lib. 5. t. 6. l. 12. n. 4. Ajora de partit. 1. p. c. 7. n. 32. Guttier. 2. præt. qu. 124. nu. 2. Barbosa l. Si cum dotem, 23. Si pater, nu. 11. ff. solut. matrim. Cervantes l. 4. Tauri, n. 20. Valasc. cons. 2. nu. 12. tom. 1. Angulo de melior. d. 12. glos. 1. nu. 21. P. Mol. t. 1. de just. tract. 2. disp. 200. fol. 1230. fin.* Donatio autem remuneratoria non debita ex justitia non extrahitur ex toto hæreditatis corpore, ut probavi n. 4. ergo & arrhæ. Et ideo hanc sent. sequuntur *Spino ea gl. 18. n. 94. & 95. Azebedo* sibi contrarius *lib. 5. recop. tit. 6. l. 12. nu. 4. Guttier. 3. practic. qu. 42. nu. 22. & 23. Angulo de melior. d. 12. glos. 1 n. 22.*

Inquires autem, quid dicendum sit, si tempore quo vir pro- 16
misit arrhas, carebat liberis, an postea iis natis extrahendæ sint de quinto bonorum? Affirmat *Azeb. lib. 5. recop. tit. 6. l. 12. n. 6.* Ducitur, quia initium inspiciendum est in quo arrharum promissio spontanea & liberalis fuit: hujusmodi autem donatio revocatur natis postea liberis in quantum eorum legitimas tangit, *l. Si unquam, C. de rev. don. & l. 8. t. 4. p. 5.* Sed melius *Spino speculo test. glos. 18. n. 94. Angul. de melior. l. 12. gl. 1. n. 22. & 23. Gutt. 3. præt. q. 43. n. 18. & 23. fin.* dicens, sic sententia regii consilii Pinciani pronunciatum esse, docent, arrhas ex toto hæreditatis acervo tunc extrahi, & eis non obstantibus posse patrem in vita vel in morte de integro quinto disponere. Primo, quia tempore promissionis nulla ratione astringebatur ad eas de solo quinto promittendum, cum filiis careret: nec nativitas filiorum superveniens id impedit. Quia donatio remuneratoria qualis est hæc, minime filiorum nativitate revocatur: ut testantur *Tiraq.* multos allegans, *l. Si unquam, verb. Donatione largitus, n. 12. C. de rev. donat. Bernard. Diaz reg. 213. fallentia 6. Greg. Lop. l. 8. verb. Diesse, t. 4. p. 5. Villal. in comm. opin. l. D. verb. Don. n. 189. 190. Mol. l. 1. de primog. c. 3. n. 39. Meres de maj. 1. p. q. 21. n. 15. Gut. 3. præt. q. 43. n. 21. Grat. reg. 140. n. 26.* Præterea, quia donatio non revocatur nativitate filiorum, quoties verisimile est donantem tempore donationis cogitasse de liberis habendis. Ut clare colligitur ex *c. fin. 17. q. 4. ibi, cum non haberet filios, nec speraret habere, & l. 8. t. 4. p. 5. ibi, ni han fijos, ni esperanza de los aver*. Et docent *Tiraq.* dicens esse omnium, *d. l. Si unquam, in præfat. num. 75.*

Bernard.

Bernard. Diaz d. regul. 231. fallentia 8. Salzedo super eam fallentiam, Julius Clar. lib. 4. recop. §. Donatio, quæst. 23. vers. Sed quid si filius, Greg. Lop. d. l. 8. verb. Ni han, Baeza de non melior. filiab. c. 9. n. 47. Gratian. regul. 150. *n.* 30. At in nostro casu, cum vir promisit arrhas uxori, cogitavit, de liberis habendis: ad id enim matrimonium contraxit: ergo non revocantur natis liberis.

17 Hinc infertur, quid dicendum sit de sponsalitia largitate: de qua *Azebedo & Ajora* (ut retuli n. 14. fine) dicunt extrahendam esse de toto hæreditatis corpore. Sed dicendum est extrahendam esse de ea parte, de qua potest vir libere disponere: ut in Castella, de quinta bonorum parte si filios ex priori matrim. habeat, vel si solos ascendentes, de tertia: si autem filiis careret tempore promissionis dicendum est extrahi de toto hæreditatis corpore: ut n. præced. de arrhis diximus. Quia hæc donatio sponsalitiæ largitatis, similiter est voluntaria, & tempore promissionis donans de liberis habendis cogitavit. Et ita priorem partem, nempe, eum adfunt filii ex priori matrimonio, vel ascendentes, extrahi ex ea parte de qua potest vir libere disponere, docent *Spino spec. testam. gl. 18. n. 117. Gut. 3. præt. q. 43. nu. 23. fi. & de fur. 1. p. c. 14. n. 8. vers. quæ profeto, Azeb. l. 5. recop. t. 2. l. 1. n. 48.*

18 2. Infertur, licet promissio sponsalitiæ largitatis ultra octavam dotis sponsæ partem, firmetur juramento (ut dixi hoc 6. l. disp. 34. n. 3.) si tamen excedat quintum tertiumve bonorum, in præjudicium legitimæ ascendentium vel descendentium, minime confirmari juramento, in hoc excessu tertii vel quinti, sive excedat, sive non excedat octavam donationis partem. Quia est in præjudicium tertii, cui legitima est debita. Sic *Spino & Gut. n. præced. allegati.*

DISPUTATIO XXXVII.

An vir cui dos non solvitur, vel non integre, teneatur ad integras arrhas solvendas.

SUMMARIUM.

Refertur quædam opinio, n. 1. Et opinio auctoris, n. 2. Ubi quid si dos tradatur æstimata plurisquam valeat.
Frangenti fidem, fides servanda non est, 2
Quid, si vir partem dotis remittat, n. 3. Et solvitur arg. n. 4.

1 Et videtur teneri virum in hoc casu ad integras arrhas solvendas. Quia arrhæ dantur in præmium pudicitiæ quam uxor viro prostituit, & ob matr. honorem: ergo cum non soluta dote promissa, extent hæ causæ, debebuntur arrhæ tanquam causa subsecuta: argumento sumpto ex *toto t. ff. de condict. caus. dat.* Aliqui assorunt virum magnas arrhas promittentem, ea ductum ratione, quod ampla tibi dos promissa fit, aliter minores arrhas promissurum, minime teneri dote non soluta arrhas persolvere: & si minor dos quam promissa est, solvatur, vel in rerum dotalium æstimatione decipiatur vir, posse pro rata minuere arrharum quantitatem. Probant ex *l. Pollicitatione, 3. C. de don. ante nupt.* ubi deciditur mulierem in dote fallentem non posse petere donationem ea causa sibi factam. Ubi *glossa initio*, dicit duplciter hanc fraudem contingere, aut non solvendo dotem: aut eam æstimando plus quam valet. Sic docent *Suarez l. 3. fori, t. 3. De las arrhas, l. 1. n. 11. vers. Unum casum, Baeza de non melior. filiab. c. 32. n. 18. Azebedo l. 5. recop. tit. 12. l. 3. n. 3. & 4. Ajora de partit. 1. p. c. 71. n. 34.* Quamvis hic videatur loqui, quando mulier mala fide se habuit fallendo virum.

2 Ceterum quamvis id quod docent hi DD. verisimum sit: id tamen non probat *ea lex, Pollicitatione*: loquitur enim in muliere quæ fallaciter se habuit, & sic mala fide: ut probatur ex illis verbis, *quoniam maritum in dote fefellit*: verbam enim, Fallere, dolum & malitiam importat, *l. Fallaciter, C. de abolitionib. l. 1. §. 2. de ædilit. edictio*. Præterea limitare admodum loquuntur, cum in casu tantum loquantur, quo vir ex magnitudine dotis promissæ ductus est ad tam amplas arrhas promittendum. Et ideo amplius sentio, quamvis maritus tempore promissionis arrharum non meminerit dotis promissæ, aut forte tunc nondum promissa fuerit sibi, sed postea promissa sit, posse non soluta dote non solvere arrhas: & si non solvatur integra dos, vel plus æquo æstimetur, minuere pro rata doris non solutæ, vel plus æstimatæ, quantitatem arrharum. Prob. quia non implenti implendum non est, *l. Quæ dos, 65. §. Inter locatorem, ff. locari*. Et frangenti fidem, fides servanda non est: *reg. Frustra, 75. de reg. jur. in 6. c. Pervenit. el 2. de jurej. l. in fi. ff. de loco publico fruendo, l. 28. tit. 11. p. 3.* ubi *Greg. Lop. verb. Lo quebrantare* refert alia jura concordantia: ergo si frangitur viro fides dotis promissæ, non tenetur ipse servare fidem arrharum promissarum: poteit enim compensatione uti. Et pro hac sent. tenet *Valascus cons. 3. n. 5. t. 1. Gammæ decis. 370. nu. 2. Roland. a Valle, cons. 10. n. 1. 2. 3. n. 1.* alios referens. *P. Mol. t. 2. de just. tr. 2. disp. 431. §. Dubium est utrum si dos.* Ubi absolute docent non teneri virum solvere integras arrhas, si dos integre non solvatur. Limitandum tamen est hoc nisi matrimonium initum fuerit habita fide de dote certo tempore solvenda, & ante id tempus matr. dissolutum fuerit, tunc enim licet dos soluta non sit, tenetur vir vel ejus hæres ad integras arrhas solvendas. Primo, quia habita fides de pretio pro numeratione habetur, *l. Quod vendidi, 19. ff. de contrah. empt.* ubi id notant feribentes, & ibi novissime *Gabriel Mud. eus*: & constat etiam ex *§. Vendit. e, vers. Sed si is qui vendidit, instit. de rerum divis.* Secundo, quia in nulla culpa est mulier, quæ ante diem solutioni destinatam, dotem minime tradidit. Sic docent *Asiliatus* dicens ita decisum esse in sacro Concilio Neapolit. *Guido, Neviza, Socin. Boerius*, quos refert & sequitur *Roland. cons. 10. n. 4. Valascus d. cons. 3. ad fin. Baeza d. 32. n. 19. Molina proxime citatus.*

Si autem vir partem dotis remiserit, tenetur integras ar- 3
rhas solvere. Quia quod remittitur, quasi solutum habetur. Sic *Gamma & Molina, n. præced. alleg.*

Ad argum. propositum n. 1. resp. negando consequentiam. 4
Quia subsistente causa donationis tenetur donans implere nisi aliud posit excipere: ut contingit hic, cum enim sibi dotis promissæ non impleatur fides, poteit compensatione utens non implere.

DISPUTATIO XXXVIII.

An pupillus vel minor possit absque tutoris aut curatoris auctoritate, judicisque decreto arrhas constituere?

SUMMARIUM.

Quos sint quæstiones disputandæ, num. 1.
Quando puer vel puella pubescat, & quando sit in ætate pupillari, quando dicatur minor, & quando pubertati, aut infantiæ approximare, 2.
Quando ex contractu oriatur obligatio civilis aut naturalis, aut neutra, & quotuplex sit obligatio naturalis. Remissive, 3.
Minor habens curatorem, & ejus licentia contrahens obligatur naturaliter & civiliter, absque ejus tamen licentia non obligatur civiliter. Si autem careat curatore, obligatur naturaliter, & civiliter, 4.
Pupillus auctoritate tutoris obligatur naturaliter & civiliter, modo sit proximus pubertati: quid, quando non est proximus, 5.
Minor vel pupillus non obligatur etiam auctoritate tutoris civiliter, in alienatione rerum immobilium vel mobilium, quæ servando servari possunt, nisi adsit judicis decretum. Et quid si curatorem non habeat, 6.
An minor vel pupillus habens tutorem vel curatorem, contrahens, sine illius auctoritate obligetur civiliter, & naturaliter, si factus sit locupletior, 7.
Pupillus seu impubes carens tutore an obligetur civiliter ex contractu, 8.
An valeat contractus minoris aut pupilli sine auctoritate tutoris aut curatoris gestus, in ejus utilitatem, sique in ejus optione stare contractui, 9.
An possit minor sine auctoritate curatoris majoratum instituere, 10.
An posset petere restitutionem, licet auctoritate curatoris vel judicis decreto contraxerit, 11.
Quando minor dicatur læsus ut beneficio restitutionis uti possit, 12.
Contractus minoris firmatur juramento, nec potest petere restitutionem, licet sine auctoritate curatoris & judicis decreto alienet immobilia, & licet jurer per procuratorem, sive in ipso contractu, sive ante, sive post, 13.
Quando ratione enormissimæ læsionis possit minor non obstante juramento petere restitutionem. Remissive, 14.
Quid, si juramentum illud præstetur ab impubere pubertati proximo? Refertur opinio affirmans confirmare contractum, n. 15. Et contraria verior, 16.
An indigeat relaxatione hoc juramentum, possitque irritari a parentibus, sive fiat ab impubere, sive a minoribus, etiam si fiat de peculio castrensi, vel quasi, 17.
Solvuntur arg. n. 18. Post quem invenies alia summaria.

Quæst. hujus cognitio petit alterius cognitionem, nempe quando minor vel pupillus naturaliter, aut civiliter 1
obligetur? Et ideo claritatis gratia triplex est disputanda qu. I. quando pupillus vel minor habens curatorem, vel eo carens obligetur naturaliter & civiliter ex contractu, vel promissione? II. quando contrahit absque tutoris vel curatoris auctoritate, an obligetur naturaliter? III. quando valeat constitutio arrharum facta per minorem?

Quæst. I. Utrum pupillus vel minor contrahens auctoritate 2
tutoris aut curatoris, aut illo carens obligetur naturaliter & civiliter? Præmittendum est puberem dici masculum post 14. annos completos; feminam vero post 12. similiter completos. Cur autem citius femina pubescat: erudite satis tractat *Tiraq. l. 6. connub. n. 38. & Gut. auth. Sacramenta puberum, n. 1. & 2. C. si advend.* Ante hanc autem ætatem puer dicitur impubes, seu pupillus, femina autem pupilla: constat ex *l. fi. C. quando tutor. & c. Puella, 20. q. 2. & l. 1. t. 5. p. 6. & l. 12. t. 16. p. 6.* minor vero dicitur tam masculus quam femina post pubertatem, usque ad xxv. annum completum, *l. 2. C. si minor se maj. dix.* Approximare autem pubertati in hac materia dicitur puer, x. annum cum dimidio excedens, & femina cum excedit IX. & dimidium (ut dixi l. 1 disp. 51 n. 24.) Ante hanc autem ætatem dicitur puer infantiæ proximus, & puella infantiæ proxima. Sic *gl. §. Pupillus verb. Infantiæ, inst. de inutil. stipul.* Doli autem capax dicitur

qui

qui est pubertati proximus, Sic *Duennas reg. 259. limit. 3.*

3 2. Supponendum est, duplicem esse obligationem, alteram naturalem, & alteram civilem: & rursus naturalem esse duplicem, alteram quæ vere obligat in foro conscientiæ, alteram vero ex solo honestatis debito, ut late explicui l.1.disp. 7.n.14.15. & 16. ubi etiam dixi, quando oriatur obligatio naturalis, & quando civilis.

4 1. Concl. sit. Minor curatorem habens ejusque licentia contrahens obligatur naturaliter & civiliter: ita tamen absque ejus licentia, non obligatur civiliter. (Nam de obligatione naturali dicturi sumus a n. 19.) Quando vero minor curatore caret, obligatur ex contractu naturaliter & civiliter: licet si læsus detur, possit beneficium restitutionis implorare. Prob. ex *l. Si curatorem, 3.C. de in integ.restit.* ibi, *si curatorem habens minor post pupillarem ætatem venaidisti, hunc contractum servari non oportet, si vero sine curatore constitutus contractum fecisti, imploranda in integrum restitutionem non prohiberis*. Ubi *gl. verb. Non oportet*, dicit contractum gestum ab habente curatorem non valere ipso jure sine curatoris licentia: & *verb. Fecisti*, ait carentem curatore esse quasi patrem familias, & valere contractum ab ipso gestum, ob idque necessariam esse restitutionem, si læsus sit. Prob. etiam ex *l.5.t.11.p.5.* ibi, *otros decimos que fuesse major de catorze annos, e menor de veinticinco, que no aviesse guardador, fiziesse prometimiento para obligar se a otro en alcuna manera, que vale, mas si se sintiere engando, o que lo fizo a su danno, puede pedir a suez en manera de restitucion que lo desobligue, y el juvez lo deve desfazor mandando que al tal prometimento no valga*. Et *l.25.tit.4.p.3.* ibi, *e porende dezimos que si algun menor de veinticinco annos metiesse supleition mano de avenidores, sin otorgamiento de su guardador, e no quisiesso despues avor por firme la sentencia puede lo fazer, e no cacra en pena alguna. Mas si fuesse major de cartoze annos, e no oviesse entonces guardador, decimos que conviene que este por lo que lo avenidores mandaren, e sino cacra en la pena a que se obligo*. Hanc concl. ultra glossam citatam, docent *gl.reg.Pupillus*, 150. *ad ff.de reg.jur.* & *l.1.verb. Promiserit, ff. de novat.* & ibi *Bart. n.9.Alberic.ibi.§. Illud non interest, n.4.Cyn. Petr.Odofred. Bald. Paul Salic.* & omnes *d.l.Si curatorem, Angel.§.Pupillus, n.3.inst. de inut.stip.Greg.Lop.d.l.t.11.p.5.verb.Que ha, Ant.Gom.t.2.var.c. 14.n.1.Matienzo lib.5.recop.tit.11.l.22.gl.2.n.8.Gutier. de juram. 1. p.c.5.n.6.P Molin t.1.de j.ff.tr.2.disp.224.fol.1397.*

5 Imo pupillus auctoritate tutoris contrahens obligatur naturaliter & civiliter. Constat ex *l. Impuberes, 13.ff. de auctoritate tut.* ibi, *impuberes tutore auctore obligantur*: ubi *gl.verb. obligantur*, inquit, *civiliter & naturaliter*. Idem denuitur *l.1.§. pen.* & ibi *gl.ff. de act.* & *oblig.* Idem habetur *reg.in negotiis, 5. ff. de reg. jur.* & §. *Pupillus, vers. Sed quod diximus, inst. de inut.stip.* & docent *gl.d.l.1.verb. Promiserit, ff.de novat.* & ibi *Bart. n.7.idem gl.l. Marcellus, n.26. verb. Oblig.ff. de fidejuss.* & *reg. Pupill.50.ff. de reg.jur. paulo princ.* & *l.1. verb. Non es obligatus. C. de inutil.stip.* & ibi *Salic. initio Alber. Arg.* & *Ant. Gom. relati n.præc. Decius de reg. in negot.n.9.P.Mol.t.1 de just.tr.2. disp. 224. f. 1395.* Intellige tamen, modo pupillus sit pubertati proximus, alias non obligatur defectu consensus, sed a solo tutore contractus celebrandi sunt. Sic *Salic. Alber. Angel. Decius, Ant. Gom. Mol. proxime citati*. Imo licet infans ditior effectus sit, non obligatur etiam auctoritate tutoris, ita ut teneatur actione ex contractu, sed solum tenetur ex æquitate naturali, quæ minime patitur aliquem cum aliena jactura locupletari, *l. Nam hoc, 14.ff. de condict. indeb.* Et docent *Bart.l. 1. n.7.ff. de novat.* & ibi *Paul.n.6. Ang. Alberic.* proxime citati, *Greg.Lop.4.verb. Infante, tit.11.p.5 Mol.disp.224.fol.1394.*

6 Intelligo tamen concl. quatenus habet, minorem auctoritate curatoria obligari naturaliter & civiliter: præterquam in alienatione bonorum immobilium, vel mobilium, quæ conservando conservari possunt: in hac enim ultra curatoris auctoritatem desideratur judicis decretum, *l. Lex tutores, 22. C. de administ.tut.l.18.t.16.p.6.* Imo licet minor curatore careat, non potest hujusmodi bona alienare absque judicis decreto, quamvis ex aliis contractibus obligetur. Prob. ex *l. Non solum, 4. C. de prædiis min.* ubi generaliter adolescentibus interdicitur alienatio prædiorum absque judicis decreto: & *l.fi.C.si major factus alienationem*, ubi textus decidit venditionem prædii esse nullam, factam a minori potestate curatoris exempto, eo quod veniam ætatis impetrarit. Sic docent *gl. §. Nunc admonendi, verb. Nullam, inst. quibus alien. licet*, quam sequuntur ibi *Faber*, & *Angel. Alberic. l.1. §. Illud non interest, n.4.ff. de nova. Menchaca* latissime disputans *de success. creat. lib.1.§.1.n 73. Caldas* alios referens, *l. Si curatorem, verb. Res, n.2.C. de in integ. rest. P. Mol.t.1. de just. tract. 2. disp. 224. fol. 1393.*

7 2. Intellige alteram conclusionis partem, ut minor curatorem habens absque illo contrahens non obligetur civiliter: nisi quatenus factus est locupletior: tunc enim tenetur civiliter & naturaliter. Ut de pupillo probatur, ex *l. fi. C. pro empt.* Et docent etiam de pupillo *gl. l. Marcellus verb. Obligatio, ff. de fidejuss.* & *reg. Pupillus, 150.ff. de reg.jur.* & *l.§ pupill.21. in princ. verb. Si pupillus, ff. ad l. falcid.* & *l.1. verb. Promiserit, ff. de nov.* & ibi *Alberic. §. Illud non interest, n.2.gl. verb. Non es obligatus*, & ibi *Salic.n.1.C. de inut.stipul. Duarenus l. Si pupillus, 227. fine, ff. de verb. oblig.* Quamvis *Paulus l.1.fine, ff. de novat.* asserat, minime obligari civiliter, sed solum naturaliter,

3. Intellige tertiam conclusionis partem, nempe minorem carentem curatore obligari civiliter ex contractu ut intelligatur de minori pubere: impubes enim seu pupillus tutore carens non obligatur civiliter ex contractu. Quia illi administratio est interdicta, *l. Jusjurandum, 17.§.1.ff. de jurejuran.* & colligitur clare contrario sensu ex *l. Si curatorem, C. de in integr. rest.* ibi, *si post pupillarem ætatem*, & *l.5.t.11.p.5.* ibi, *que fuesse major de catorze annos*. Et docet *Paul. d. l. Si curatorem, n. 2.* 8

4. Intellige conclusionem, quatenus habet contractum pupilli vel minoris absque curatoris auctoritate celebratum non valere: nisi in ejus favorem, & in quantum est illi proficuus. Sic expresse definitur *inst.de auth.tut. in prin.* & tenet *ibi gl.verb. Non obligatur*. Idem habetur *l. Contra juris, ibi gl. verb. Concessum, ff. de pacti.* & §. *Pupillus, inst. de inut.stip.* & *l.17.* & *ibi Greg.Lop.verb.Apro, tit.16.p.6.* & *l.4.tit.11.p.5.* Et ratio est, ne quod minorum favore introductum est, in eorum detrimentum redundet, minoribus enim ætas in damnis subvenit, nec in prospere gestis obesse in aliquo consuevit, *l. Non eo minus, C. de procurat.* ubi *Bart. Bald. Paul. Salic. Jason*. alii multi quos refert & sequitur *Seraph. de privil. juram privileg. 93.n.50.* & 51. *Ant. Gom. t. 2. var. c. 14. n. 1. P. Molin. t.1. de just. tr.2. disp.224. fol.2393.* & omnes. Unde in optione minoris est cum auctoritate curatoris, & judicis decreto ubi id necessarium est, stare contractui, vel ab eo desistere: restituet tamen pretium, in quantum locupletior factus est. Sic *Sarmient. de redditib. p. 1. c. 2. num. 16.* & 17. *P. Molin. d. disp.224. fol. 1394.* ubi bene addit, teneri etiam restituere pupillum pubertati proximum, quamvis ditior effectus non sit, si dolo ejus res perit: ut habetur *l.Pupillus 5. ff. de auth. tuto.* & *l. 1. §. an in pupillum, ff. depositi.* 9

Hinc infert *Greg. Lop. l.4.verb. Alguna, prot. 11.p.5.* posse pupillum majoratum per viam contractus vel donationis facere in sibi successurum. Quia inde utilitatem tam ipse, quam ejus prosapia consequitur. Sed optime cum multis *Molin. lib. 2. de primog. c. 6. n. 8.* & 9 probat non posse minorem absque curatoris auctoritate quando illum habet, id efficere, nisi eam juramentum suppleat. 10

II. Conclusio. Quamvis minor auctoritate curatoris contrahat, si læsus sit, potest petere restitutionem. Sic habetur *l.1.* & *2.* & *tot.1.C. si tutor intervenerit, ibi l.1 tit.25.p.3.* Et docet *gl.l. Pupill.150.paulo post princ.ff. de reg.jur. Paulus l. Si curatorem, n. 3.C. de in integ.rest.Gut. de jur.1.p.c.5.n.6. P. Mol. t.1. de just. tr.2. disp.224.f.1397.* Idem dicendum est, quando intervenienti judicis decreto contraheret. Nam auctoritas curatoris ac judicis decretum efficiunt actum mero jure valere, non autem beneficium restitutionis excludunt. Sic *Paulus eod. n. 3.* 11

Quando autem minor dicatur læsus, ut sic beneficio restitutionis possit uti, consulendi sunt *Ant.Gom.t.2.var. toto c.14.Cold.ar l. Si curatorem, verb. Læsus, C. de in integ. rest.* & ibi omnes scribentes. Unum tamen hoc notandum est, ubicumque minor facit actum ex quo nulla sibi utilitas sequi potest, at damnum potest sequi, dicitur læsus, & restitutionis beneficio uti potest, ut late probat *Sarment. l. 3. seleã. c. 13. n. 2.* 12

III. Concl. Si minor pubes factus juret contractum onerosum, vel lucrativum, firmatur juramento, teneturque illi in utroque foro stare, nec competit ei restitutio, quamvis lædatur. Quia efficitur major ratione juramenti supplentis defectum minoris ætatis. Prob. ex *auth. Sacram. puber. C. si adv. vendit.* ibi, *Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inviolabiliter custodiantur*. Et *l.6.t.19. p.6.* ibi, *eso mesmo seria quando el moco fuesse major de catorze annos, e jurasse, ca despues que ovesse jurando, deve le guardar su jura*. Idem habetur *l.6.t.11.p.3.* docentque omnes. Et præcipue consulendi sunt *Ant Gom.t.2.var.c.14.n.18.Seraph. de privileg. juramenti, privil.83.* ubi latissime rem hanc disputat. Quod verum est sive juramentum in ipso contractu, sive ante, sive post apponatur: Sic multos referens *Ant. Gom. eo. n.18.* Item est verum, sive minor per se, sive per procuratorem cum speciali mandato ad jurandum constitutum, juret. Sic *Ant. Gom. ibi, Greg. Lop.* alios referens contra quosdam quos ibi allegat *l.6. verb. Major, t.19. p.6.* Item est verum, licet minor curatorem habens absque ejus auctoritate contrahat. Supplet enim juramentum curatoris auctoritatem. Ut statim alios referens probabo. Sic docent *Ant.Gom.eo.n.18. Greg. Lop ea. l.6. v Major. Molina, l. 2. de primog. c.9. n.9.Gut. de auth. Sacr. puberum, n.103.* & 106. ubi alios refert, contra quosdam oppositum dicentes. Imo firmat juramentum ac validam reddit alienationem immobilium factam per minorem absque curatoris auctoritate, ac judicis decreto. Quia *l. 1. si C. adversvend.* expresse dicitur venditionem prædii factam a minori firmari juramento: & *d. auth. Sacramenta puberum*, generaliter traditur minorum contractus firmari juramento: ubi autem jus non distinguit, nec nos distinguere debemus *l. De pretio, ff. de publ. in rem action.* Sic docent *glos. 1. verb. Emptori, C. si adv. venditio. Bart. Jason.* & multi alii, quos referunt & sequuntur, *Ant. Gom. to.2. var. c. 14. n.18. Riminal. inst. quib. alien. licet. §. n. 24. Gutier. d. auth. Sacramenta puberum, n. 24. Seraphin. de privileg. jurament. privil.83. n. 32. Azebedo, lib. 5. recop. tit.2. l.2. n.12.* 13

Utrum vero non obstanti juramento, petita ejus relaxatione, possit minor ratione enormis, aut enormissimæ læsionis restitutionem petere? consulendi sunt *Cov. de pactis, 3.p.§.4.n.6. Molina l.2. de primog. c. 3. a n.18. Gut. de jur. 1. p.c.26. n.8. Mart.l.5.* 14

recop.

recop. t. 11. l. 1. gloss. 8. a n. 50. Caldas l. Si curat. verb. Læsis, n n. 1. C. de in integr. restit. & *ibi scribentes*.

15 Gravis autem difficultas est, an desideretur pubertas in minori jurante, ut ejus juramentum contractum firmet, vel latis sit jurantem esse pubertati proximum? Multi, & valde probabiliter affirmant latis esse si jurans proximus pubertati sit. Ducuntur 1. quia si juret sponsalia, tenetur juramento, *c. Ex litteris, el 2. desponf.* 2. quia peccando & pejerando potest se obligare diabolo, *c.1. de delictis puerorum*: ergo potest Deo juramentis vinculo affringi. Sic tenent *Bart. Auth Sacramenta puberum, n.9. C. si adversvend.* ubi *Paul. n.6. Salic.n.8. Jas.n. 24.* & *ibi Cornus*, & communis: *Abb. cons. 108. l.2.* & *d.cap. Ex litteris, n.6.* ubi *Alex. de Nevo n. 15. Decius l. pupillum, n.4. ff. de regul. jur. Hosi. Joa. Andreas, Paulus de Eleazar, Dominicus, Immola*, & alii multi, quos refert & sequitur *Seraph. de privilegiis jur. priv.83. n.24 Greg. Lopez l.6. verb. Major. tit. 19. p.6. Ant.Gabr. in mea ed. tom. 2. com. l. 19. q.34. f.428.* & *l.11. f. 110. Gut. de auth. Sacramenta puberum, nu. 117. Caldas l. Si curatorem, verb. Minoribus, n.9. C. de in integr. restit.*

16 Verius tamen est, desiderari pubertatem. Prob quia *d auth. Sacramenta puberum*, & *l.56.t 5.p.5.* & *l.6.t.19.p.6.* a l. confirmandum contractum, exigunt juramentum puberis. Præterea, quia licet in causa matrimoniali, quippe quæ integrum intellectum potius quam certam ætatem exigit, juramentum impuberis pubertati proximi obliget: verum ad confirmandos ceteros contractus alias invalidos non satis est, nisi pubertas adsit. Quia ante pubertatem facillime ea ætas decipitur in contractibus, ac jubinde in juramentis eos confirmantibus. Sic docent *gl. l. finali, verb. Potuerit, ff. de liberali causa*, & *d. auth. Sacramenta puberum, verb. Puberum*, ubi *Odof. ed. vers. Quæro quid in impubere*, & *Cynus, n.7. Bald. n.9.* & 10. *Alber. n.7. Cornus in resp. n.8. Alex.* dicens communem, *l. Qui jurasse in princ. ff. de jurejur. Ale. d. Cum contingat, n.141. de jurejur.* & *l.Pal. n.26. C. de pactis, Cov. de pactis 3. p. §. 1. n. 3.* & *4. dear. 1. p. c. 5. §. 1. nu. 4. Ant. Gom. 2. var. c.14. n.18. Menoch.* alios referens, *cons.29.n.37. vol.1. Grat. reg.1. n.4. Lud.Lop.l.2.d. contrall. c.39. fol.485.*

17 Obligabit autem tale juramentum, donec relaxetur. Quia est de re licita, potestque absque culpa servari. Sic *Cornens, Cov. Grat. n.præc. allegati*, & *ibi Lud. Lop.* Erit autem sufficiens relaxationis causa, imparitas, licut & metus. Ut bene docent *Cov.* & *Grat. ibi*: Imo potest pater vel tutor juramentum hoc impuberis irritare. Quia cum contractum minime confirmet, non acquiritur jus irrevocabile tertio, sed solum ex vinculo religionis teneatur impubes. Sic *Lud. Lop. ibi*. Quod tamen verum credo, si substineamus probabilem sent. quam referemus n. 10. docentem impuberem non obligari naturaliter. Si enim sustineamus oppositam, cum acquiratur jus naturale tertio, non poterit pater vel tutor irritare. Simili retenta opinione, asserentium puberem non obligari naturaliter, dicendum est etiamsi si contrahat circa peculum castrense, vel quasi, juretque contractum, posse patrem vel tutorem irritare. Quia impubes invalide contrahit etiam circa hujusmodi peculium: ut bene probat *P. Molina tom.1. de just. tr.2. disp.130. ad fin.* & *Lucet filiusfamilias*, & *2 tom. disp. 261. paulo post princ.* §. *Filiusfamilias*: atque ita juramentum illud minime confirmat contractum, solumque manet religionis vinculum. Recedendum tamen est a *Lud. Lop.* dicente, posse patrem vel tutorem irritare juramentum, quo pubes contractum firmat. Quia cum omnino confirmet contractum, acquiritur jus irrevocabile tertio, ætatisque defectus suppletur juramento, & efficitur major, ut ut sic statuente: ut dixi n. 14. & pater non potest irritare obligationem homini factam, ut dicemus disp. seq. n. 1.

18 Ad argumenta proposita nu. 15. ad probandum juramento impuberis confirmari contractum, resp. Ad 1. constat ex dictis n. 16. ubi inter sponsalia & alios contractus discrimen constituimus. Ad 2. dic probare juramentum impuberis illum obligare: quod nun. præced. fassi sumus: non tamen eo contractum confirmari.

SUMMARIUM.

Idem dicendum est quoad obligationem naturalem, de minori habente curatorem absque ejus licentia contrahente, & de pupillo, num. 19.

An minor curatorem habens, & absque illius auctoritate contrahens obligetur naturaliter. Refertur opinio negans, n.20. Et contraria verior, 21.

Verbum, Non potest, an reddat actum nullum, & differt a Non possit, 20.

Quid, si pupillus non sit factus ditior, num. 22. Et quid, si tutore careat, 23.

Quid, si non sit pubertati proximus, n. 24. Et quid, si cum ipso tutore contrahat, 25.

Quid, si promissio fiat de alienandis immobilibus, vel mobilibus quæ conservando conservari possunt: & hoc absque judicis decreto, 26.

Quid, si pupillo vel puberi ex aliqua causa interdicta sit bonorum administratio, 27.

Quid de prodigo, eodem n. 27. Et an pupillus obligetur naturaliter ex mutuo, 28.

An filusfamilias sine patris licentia, aut minor sine auctoritate curatoris obligetur naturaliter ex contractu inito pecunia credita. Et an talis contractus firmetur juramento, 29.

Lucrans in ludo a minoribus absque juramento, vel cum illo; an teneatur lucrum restituere, 30.

An habens aliquid a minore sine curatoris auctoritate, teneatur illud restituere, 31.

An possit minor cui beneficium restitutionis conceditur, uti compensatione occulte, quando magnis expensis indigeret ad recuperandum, n. 32. Et ibi quid de perdente in ludo prohibito, cui conceditur actio ad repetendum.

An possit ei minor, vel qui perdit ludo prohibito, casu quo potest beneficium restitutionis implorare, vel lucrum repetere, non solvere. Refertur opinio negans, n 33. & *contraria verior, n. 34. Et ibi, cui datur actio, eidem conceditur exceptio, & retentio, licet actio ad repetendum sit temporalis,* & *ad transactionem sit tempus quo repetitio conceditur. Et annalia seu temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.*

Quid, si minor petat coram judice beneficium restitutionis, & *defectu probationum succumbat, an teneatur hic negare restituere, peccetque negando, num. 35. Ubi* & *de negante lucrum comparatum, ludo prohibito.*

Solvuntur arg. n.36. & *ibi, an pupillus obligatus naturaliter, tradens rem, transferat dominum. Et monadantur l. Obligari, in princ. ff de author. tutoris, l. 1. C. de inutil. stip. l. Si curatorem C. de in integr. rest. l. Pupillus, ff. de action.* & *oblig. l. Quod pupillus, ff. de condict. indebiti*, & *l. Contra juris, ff. de pactis*, & *l.25.t.4.p.3.* & *l.17.t.16.p.6.*

Post num. 36. invenies alia summaria.

QUæstio II. An minor absque curatoris auctoritate contrahens, vel pupillus obligetur naturaliter, idest, in foro conscientiæ? Advertendum est quoad obligationem naturalem ex contractu consurgentem, idem omnino dicendum esse de minori pubere habente curatorem, & absque ejus auctoritate contrahenti, ac de pupillo. Quia in hoc æquiparantur. Constat ex *l. Si curatorem, C. de integrum rest.* & *l.4.t.11.p.5.* ibi, *non vale la promesa de el menor que tiene curador, como la del pupilo*. Sic docent *gl. d. l. Si curatorem, verb. Non abjunilis*, & *l. Contra juris, 29. verb. Concessum ff. de pactis, Ripa, l. 1. §. Fuit quæsitum, n.33. ff. ad Trebi. Salic. d. l. Si curator, nu. 5.* & *ibi Caldas, verb. Cum non abjunilis, n. 1. Ant. Gom. l. 3. Taurami n. 5. Riminal. inst. quibus alien. licet, §. 2. n. 4. Gut. auth. Sacramenta puberum, n. 104. C. si adversvend.* Quare in præsenti difficultate multi DD. explicantes in quibus casibus pupillus obligetur naturaliter necne: concludunt idem omnino dicendum esse de minore sine sui curatoris auctoritate contrahens. Sic *gl. l. 1. verb. Non es oblig. C. de inut. stip.* & *l. Pupillus, 150. ad fin. ff. de reg. jur.* & *l. 1. verb. Promiseris, ff. de nov.* ubi *Bart. n.9. Ang. n.4. Alberic. §. Illud non interest, n.2. idem Ang. inst. de inut. stip. §. Pupillus, n.3. Cynus l.1. ad fin. C. de inut. stip. Azor. jum. t. de usuris, n.8. Ale. l. Pactis, n. 24. C. de pactis, P. Molin. tom. 1. de just. tr 2. disp. 224. fol. 134.* 19

Hoc supposito, omnibus variis sent quas refert *gl. l.1. verb. Promiserit*, & *ibi Bar. n.6. ff. de nov.* quas pro limit. v. sent. referam: duplex est celebris sent. 1. docet pupillum sine tutoris auctoritate contrahentem non obligari naturaliter debito vere naturali, quod in foro conscientiæ obliget. Prob. 1. quia si pupillus obligatur naturaliter, & sic in foro conscientiæ, injustitiam foverent leges civiles, & sic essent iniquæ, quæ tuentur pupillum ne solvat id debitum. Dices non esse iniquas, sicut licet defrandans intra dimidium justi pretii peccet, non subinde sequitur iniquas esse leges denegantes actionem adversus eam fraudem. Sed hæc solutio non satisfacit, quia in eo casu non fovent eum dolum leges, sed solum vitandi lites gratia denegant actionem in foro externo: at in nostro nulla est causa vitandi lites, sed fovent ipsum pupillum non solventem, & si forte solvit, cogunt alterum ad restitutionem 2. quia minor dum sine curatoris auctoritate mutuo dat, aut solvit, non transfert dominium, *inst. quibus alie. licet, §. Nunc admonendi*, ibi, *si pupillus mutuam pecuniam sine tutoris auctoritate alicui dederit, non contrahit obligationem, quia pecuniam non facit accipientis*. Et §. *fi* ibi, *pupilli vel pupillæ solvere sine tutoris auctoritate non possunt, quia id quod solvunt non fit accipientis, cum nullius vel alienatio ei sine tutoris auctoritate concessa sit*. Ergo ex contractu non obligatur naturaliter, & in foro conscientiæ: transferret quippe dominium, si obligaretur, & alterum retinendo redderet tutum in foro conscientiæ. 3. quia dum lex resistit contractui, nulla oritur obligatio (ut dixi l.1.c.6.7.n.16.) At leges resistunt contractui pupilli sine tutoris auctoritate in toto patet ex *l. Obligari, 9.ff. de auth. tut. in prin.* ibi, *Obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest*. Et *l.1.C. de inut. stip.* ibi, *ex stipulatione in qua impubes sine tutore auctore spopondisti non es obligatus*. Et idem habetur *inst. de aut. tut. in princ.* & *l.17.t.16.p.6.* ibi, *el moto no puede fazer pleito, ni postura a menos de otorgamiento de su curador*. In quibus textibus pondero verbum, non potest, quod precisam necessitatem importat, & actum contra gestum omnino reddit nullum, privatque potentiatu testantur *gl. reg.1. verb. Non potest, de reg. jur. in 6. Bart. l. Gallus, in prin. n.4. ff. de liber.* & *posth.* & *l. fin. n.7. ff. de feriis*, & *l. de his, n.4. ff. de trans.* & *l. Mevius, §. Duobus, ff. de leg. 2. n.20. Corrasius, l. Frater a fratre, §.1.n.7. ff. de condict. indeb. Tiraq. multos referens post leges connubiales, gl. 4. num. 1. Ang. Excomm. 7. nu. 1. ult. Silv. Excomm. 10. nu. fin. Metip. C. de pœnit. tr.2. de confessione, q. ad alienæ sine licentia proprii absolvente, vers. Postrema facit. Cov. c. Tua, de test. n. 2. fin.* Azeb. alios referens, *l. 5. recop. t. 3. l. 1. n. 1.* Nec obstat, si dicas cum *Bart. l. Cum lex, n.6.* & 7. *ff. de fidejuss.* hoc distare inter, Non potest, & non

non possit: quod non possit, inducit necessitatem, ac potestatem aufert, redditque actum nullum, & hic obligationem naturalem impedit: secus Non potest: at prædictæ leges minime utuntur verbo non possit, sed dicunt pupillum non posse obligari. Quam distinctionem approbant *Jason l. Frater a fratre, n.44. vers. Tertia difficultas, ff. de condict. indeb. Socinus, d. 1. ff. de liber. post hum. Enrriq. l. 13. de ex comm. 18. n. 3.* Nec obstat, (inquam) quia hanc Bartoli distinctionem reprobant *Jas. l. Stipulatio ista, §. alteri, n. 17. ff. de verb. oblig. & d. l. Gallus, in Princ. n. 22. & l. Pacta, n. 7. C. de pactis*, ubi *Decius n. 10. Tiraq.* alios referens post leges connubial. Gl. *4. n. 9. Cov. de pactis, 2. p. §. 4. n. 4. vers. Sed adversus: Gui. l. Nemo potest, nu. 147. ff. de legat. 2. Caldas, l. Si curatorem, verb. Cum non absimilis, n. 27. fine*, & *de in integr. rest. Grat. reg. 484. n. 7.* Et confirm. quia *l. Is cui bonis, ff. de verb. oblig.* eodem tenore dicitur prodigum cui datus est curator non posse obligari, ibi, *is cui bonis interdictum est, tradere non potest, vel promittendo obligare: & ideo nec fidejuss. intervenire potest pro eo.* Et tamen omnes fatentur non obligari naturaliter, ut optime tanquam certum statuit *Caldas d. l. Si curatorem, verb. Cum non absimilis, n. 22.* Quare *n. 24.* dicit ejus obligationem non firmari juramento. 2. confirmatur, quia minor habens curatorem æquiparatur prodigo cui bonis interdictum est: ut habetur *d. l. si curatorem, & l. Certi condictio, 9. §. Quoniam, ff. si cert. pet.* ibi, *puto pupillo eum comparandum*: ergo cum hic non obligetur naturaliter, ita nec ille 3. confirm. quia ideo hic prodigus non obligatur naturaliter, quia administratio semel ei concessa interdicitur: ut fatetur *Bart. l. 1. n. 8. ff. de nov* at adulto statim conceditur administratio cum obligetur civiliter, & naturaliter, (ut diximus n. 4.) quod non fieret, nisi administratio esset concessa, *l. jusjurandum, quod ex conventione, §. 1. de jurejur.* ergo per dationem curatoris videtur ibi administratio interdicta, sicut prodigo, & ita non obligatur naturaliter. 4. principaliter prob. quia *l. Si curatorem, C. de non integr. rejit.* definitur contractum gestum a minori sine curatoris auctoritate esse nullum: ergo non obligatur naturaliter, alias valeret saltem per viam exceptionis, aut compensationis, qui sunt effectus naturalis obligationis, teste *Corrosio, l. Fratre a fratre, in princ. n. 36. ff. de cond. indeb. 5.* probatur ex *l. Pupillus, 58. ff. de actio, & obligat* ubi sic dicitur *pupillus mutuam pecuniam accipiendo nec jure naturali obligatur: & l. Quod pupillus, 41. ff. de cond. indeb.* ubi sic dicitur, *quod pupillus sine auctoritate tutoris promiserit, & solverit, ejus repetitio est. Quia nec natura debet:* ubi clare dicitur, non obligari naturaliter: & insuper posse repetere: at si naturaliter deberet, non posset repetere, *l. Naturaliter, 13. ff. de condict. indeb.* ibi, *naturaliter servus obligatur, & ideo si manumissus solvat, repeti non potest. 6.* quia pupillus sine tutoris auctoritate contrahens comparatur furioso, *l. Interdum, 29. ff. de condict. indeb.* ubi sic dicitur, *interdum persona locum facit restitutioni, ut puta si pupillus sine tutoris auctoritate, vel furiosus solverit.* Idem *l. 4. t. 11. p. 5.* ibi, *prometer puede a otro todo bono aquien ne es defendido: e quien es defendido son estos; el loco, o de memoriado, o el menor do siete anos, o el pupillo mayor de siete, y menor de catorze*, sed furiosus non obligatur naturaliter: ergo. 7. prob. ex *l. Contra juris, 29. ff. de pact.* ibi, *contra juris civil. regul. pacta conventa, rata non habentur veluti si pupillus sine auctoritate tutor. pactus sit.* Ultim. prob. ex *l. 25. t. 4. p. 3.* ubi postquam lex dixit minorem absque curatoris auctoritate compromittentem sub certa pœna, ea minime affici, si sententiæ non acquiescat: subdit hæc, *empero los fiadores que dio son tenudos de pechar la pœna que se obligaron, si el buerfano no quisiesse estar por el juicio, siendo mayor de catorze anos*: ergo a contrario sensu fidejussor pupilli minoris 15. annis non obligatur, & proinde talis pupillus non obligabitur naturaliter. Hanc tent. docent *Jac. Ravennas*, quem refert, & sequitur *Cynus l. 1. ad finem, C. de inut. stip. Alciatus l. Pacta, n. 24. C. de pactis, Duaren. l. Si pupillus, 127. ad fin. ff. de verb. obligat. Ant. Goveau. l. 1. §. Id quod, ff. ad leg. Falcid. Cov. de pactis, 2. p. §. 4. n. 10.* Et in hanc partem motus illa lege declinat *Greg. Lop. l. 25. verb. Sciendo, tit. 4. p. 3.* licet tandem eo gitandum relinquat. Pro hac sent. citatur *Cornejus l. Filium quem, n. 138. C. famil. herciscundæ*: sed mendose, nam ibi nihil dicit: *ibi, §. falcidia, n. 38* ubi de hoc agit, nihil definit, sed tantum dicit oppositam sent. esse communem, & se late de hoc agere in quodam miscellaneo: quod tamen invenire non potui. Et hæc sent. est valde probabilis.

21 II. Sent. cui tanquam communiori, ac probabiliori adhæreo, docet pupillum aut minorem contrahentem sine tutoris aut curatoris auctoritate obligari naturaliter, & in foro conscientiæ ex contractu. Prob. 1. quia principali nullo modo obligato, non tenetur fidejussor, unde ut fidejussor obligetur, opus est principalem saltem naturaliter obligari, *l. Cum lex, 47. ff. de fidejussor. & l. Naturaliter, 13. ff. de condict. indeb.* ibi, *naturaliter servus obligatur, & ob id fidejuss. pro servo acceptus tenetur: & l. Fidejussor obligari, 17. in princ. ff. de fidejuss.* ubi *gl. verb. Non es*, reddit rationem, quia deficiente principali obligationi non valet accessoria, *reg. Cum principalis, 138. ff. de reg. jur.* sed fidejussor pupilli contrahentis sine auctoritate tutoris obligatur: ergo & ipse pupillus saltem naturaliter obligabitur. Prob. minor ex *l. fin. ff. de jurejur. in princ.* ibi, *pupillus autem hoc solo defendebatur, quod tutor eius non intervenisset, & hoc casu fidejussorem præstor non tuebitur*. Et *l. Stipulius, 40. ff. de recep. arb.* ibi, *si pupillus sine auctoritate tutoris compromiserit, non est arbiter cogendus pronunciare: quia si contra eum pronuncietur, pœna non tenetur, præterquam fidejuss. dederit, a quo pœna peti possit*. Et idem habetur expresse *l. 25. tit. 4. p. 3.* hac moderatione, quando puer est major 14. annis: ergo clare constat pupillum obligari naturaliter, ut huic obligationi accedat valide fidejussor. 2. probatur ex *l. Si pupillus, 21. in prin. ff. ad falc.* ubi habetur pupillum sine auctoritate tutoris mutuam pecuniam accipientem, cui postea legatum sit sub ea conditione, si mutuum reddat, implere conditionem reddendo mutuum, liberatique ab obligatione naturali reddendi. Et *l. 1. ff. de nov.* ibi, *dummodo sequens obligatio, aut civiliter aut naturaliter teneat, ut puta, si pupillus sine auctoritate tutoris promiserit*. Et *l. Si ejus 64. in princ. ff. ad Treb.* ibi, *non reputam, quia ab eo in me naturalis obligatio translata est*. Et *l. Cum illud, 25. §. 1. ff. quando dies leg.* ubi testator legavit, quod pupillus ei debebat: & respondet *Jurisc.* naturalem obligationem legatam videri, si debitum fuit contractum sine licentia tutoris. Et *l. Marcellus, 26. ff. de fidejuss.* ibi, *si quis pro pupillo sine auctoritate sui tutoris obligatio*, ubi *Juris.* supponit pupillum posse sine tutore obligari. 3. quia obligatio naturaliter oritur ex consensu, *l. Sticbum, §. Naturalis ff. de sol.* hoc autem consensu pupillus non caret, *§. Pupillus, instit. de inut. stip.* Et confirmatur ex *l. 5. t. 12. p. 5.* ibi, *si algun fiervo prometiesse a otro, &c. tenudo es naturalmente de complir por si lo que promete, por quanto es homo*: ecce qualiter ponderat textus obligationem naturalem consurgere ex consensu, eo quod servus homo sit: cum ergo idem militet in minori, & pupillo, tenebitur naturaliter. 4. contractus gestus a minori sine licentia curatoris, firmatur juramento (ut diximus n. 13.) ergo ex eo oriebatur obligatio naturalis, secluso juramento. Hoc enim arg. probat *Bart. l. Si quis pro eo, n. 12. ff. de fidejuss.* ex stipulatione alteri per alterum facta oriri obligationem naturalem: quia talis stipulatio firmatur juramento. Hanc sent. docent *gl. l. finali, verb. Non tuebitur, ff. de jurejur. & l. Quod pupillus, 41. verb. Natura, ff. de condict. indeb. & l. Pupillus, 58. verb. Nec quidem, ff. de act. & oblig. & l. Marcellus, 26. verb. Obligato, ff. de fidejuss. & l. Impuberibus, 13. verb. Obligantur, ff. de auth. tut. & l. Pupillus, 150. ad fin. ff. de reg. jur. & l. Si pupillus, 127. verb. Promittat, ff. de verb. oblig. & l. 1. verb. Non es obligatus, C. de inut. stip. & l. 1. verb. Promiserit, ff. de nov.* ubi, *Bart. nu. 7. Paul. n. 6. Ang. n. 4. idem Bart. l. 2. n. 1. & l. Cum lex, n. 7. de fidejusser. Ang. inst. de inut. stip. §. Pupillus, n. 3. Salic. l. 1. n. 1. G. de inut. stipul. Fulg. l. Quod pupillus, n. 2. & 3. ff. de condict. indeb. Azor. summa, tit. de arbitrio, n. 9. Alex. l. Si pupillus, 21. in princ. n. 2. ff. ad leg. falcid. Dec. l. Pupillus, fine, ff. de reg. jur. Cornejus repet. auto. Sacramenta puberum, n. 8. C. si adversf. vendit. Jas. l. Interdum, 29. n. 5. ff. de condict. indeb. & l. Impuberibus, n. ff. de acq. hæred. Rom. l. Stipulatio ista, §. Alteri, ff. de verb. oblig. Fel. c. Quanto, nu. 1. de præsumpt. Fontan. de uli. fine, illatione 20. n. 324. Bertachin in repertorio, verb. Pupillus, sub n. 50. Aldobrandin inst. de auctor. tutor. §. Auctoritas autem, n. 22. Nav. l. 4. consiliorum in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 39. n. 11. in 2. t. de sponsal. impub. cons. 4. n. 11. Ant. Gom. tom. 2. var. c. 14. n. 1. Costanus de sponsal. 1. Qui possint sponsalia contrahere, n. 4. (habetur tom. 9. tract. novissimum) Lambertengus tract. de contractib. gl. 16. verb. Non valeat, n. 12. Ant. Gabr. in mea aditione, tom. 2. commun. l. 14 verb. Pupillus, f. 251. Gut. l. Nemo potest, n. 149. ff. de legat. 1. Cavalcanus 1. p. decis. 31. n. 13. Caldas, l. Si curatorem, verb. Non absimilis, n. 27. C. de in integrum restit.* Et hanc sententiam dicit esse communem *Corrasius l. Filium, quem § Falcidia, n. 38. C. familiæ herciscundæ*. Et ex Theologis, eam tenent *Corduba summa, q. 255. P. Molina, tom. 1. de just. tract. 2. disp. 224. §. Quamvis autem, Lud. Lop. 1. p. instruct. 2. edit. cap. 124. §. Igitur*.

Hæc tamen sent. folet aliquibus modis limitari 1. limitatur, 22
ut pupillus teneatur naturaliter, quando factus est locupletior. Sic limitant aliqui, teste *gl. l. 1. verb. Promiserit, ff. de novat.* hæc limitatio rejicienda est. Tum quia *illa l. 1.* pupillus novandi animo alienam in se suscepit obligationem, & ita ditior non est effectus, & tamen ibi dicitur teneri naturaliter. Tum etiam, quia quando ditior efficitur, tenetur naturaliter & civiliter (ut dixi n. 7.) & ita colligitur ex *l. Pupillus, 127. ff. de verb. oblig.* Et notat *ibi gl. verb. Promittat: & d. l. 1. verb. Promiserit*, ubi *Bart n. 6. Angel. inst. de inut. stip. §. Pupillus, n. 3. Caldas l. Si curatorem, verb. Non absimilis, n. 30. C. de integr. restitut.*

2. Limitatur, ut procedat quando pupillus habet tutorem, 23
& ipso non auctore contrahit, unde si tutore careat, non obligabitur naturaliter. Sic *gl. l. 1. verb. Non es obligatus, C. de inutil. stip. Ang. l. Si pupillus, 21. paulo post princ. vers. In textu*, ibi, *sint tutore, ff. ad legem falcid.* Sed hæc limitatio rejicienda est 1. quia per tutoris dationem magis coarctatur pupilli potestas, plusque illi administratio interdicitur, ergo si habens tutorem, & sine illo contrahens tenetur naturaliter, a fortiori quando illo caret 2 prob. ex *l. Si curatorem, C. de in integr. rest. l. 5. tit. 11. p. 5.* ubi minor carens curatore obligatur naturaliter, & civiliter, & illum habens, eoque non auctore contrahens, minime obligatur civiliter, & ita in hoc casu minus obligatur: ergo pari ratione minus obligari debet pupillus spreto tutore sibi dato contrahens, quam ubi tutore caret. Et ita rejecta hac limitatione, docent pupillum tutore carentem obligari naturaliter, *Bart. l. 1. n. 6. & 7. de nov.* ubi *Paul. nu. 7. Alberic. ibi, §. Illud non interest, n. 2. Salic. l. 1. n. 1. C. de inutil. stipul. Alex. l. Si pupillus, 21. in princ. n. 2. ff. ad legem falcid. Ang. inst. de inutil. stipul. §. Pupillus, n. 3. Jason l. Interdum, nu. 4. ff. de condict. indeb. Gut. l. Nemo potest, n. 151. ff. de legat. 1.*

3. Li-

24 3. Limitatur, nisi pupillus sit infans, aut infantiæ proximus: unde ut obligetur naturaliter, debet esse pubertati proximus. Deficit enim ante illam ætatem plena intelligentia, ut sic perfectum consensum habeat. Sic *G. l. l. Pupillus, in princ. verb. Si pupillus, ff. ad l. falcid. & l. 1. verb. Non es obligatus, C. de inutil. stip.* ubi *Salic. n. 1. Bart. l. 1. nu. 7. & ibi Paul. n. 6. ff. de novatio. Jacobus de Arena, l. Si pupillus, inst. ff. de verb. oblig. Decius, l. Pupillus, 149. in fin. ff. de reg. jur. Ang. inst. de inut. stip. §. Pupillus, n. 2. Jason. l. Jusjurandum quod ex conventione, §. Pupillus, n. 10. ff. de jurejur. & l. Interdum, n. 5. ff. de condict. indeb. Felinus, c. Quanto, n. 1. de præsumpt. Aldobrandinus inst. de auth. tutor. C. Authoritas autem, n. 22. Nav. l. 4. Consil. in 1. edit. t. de sponsj. 39. n. 11. in 2. tit. de sponsj. impub. cons. 4. num. 11. Ant. Gom. tom. 2. var. cap. 14. num. 1. Ant. Gabr. in mea edit. tom. 2. commun. l. 14. verb. Pupillus, f. 251. Cavalcan. 1. p. decis. 31. num. 13. P. Molina, tom. 1. de just. tract. 2. disp. 224. f. 1394.* Quod intelligit *Ang. eo §. Pupillus, num. 2.* nisi malitia suppleret ætatem: tunc enim etiam nondum pubertati proximus diceretur doli capax, & obligaretur. Sed verius credo non obligari. Quia deficit prohibitionis ratio in casu quodam particulari.

25 4. Limitatur, nisi pupillus cum ipso tutore contrahat: tunc enim nec naturaliter obligatur. Quia prohibitus est tutor eam promissionem recipere, imo punitur, *l. Non licet, C. de contrah. empt.* & ita lex huic contractui resistit. Sic *Gl. l. Naturaliter, 13. fine, ff. de condict. indeb. & l. 1. verb. Non est obligatus, C. de inut. stip. & lib. 1. verb. Promiserit, ff. de nov.* ubi *Bart. n. 7. Paul. n. 6. & ibi Alberic. Illud non interest, num. 3. Ang. inst. de inutilib. stip. §. Pupillus, n. 3. Salic. l. 1. n. 1. C. de inut. stip. Bertachin. in repertorio, verb. Pupillus, sub n. 50. Gut. l. Nemo post, n. 149. ff. de leg. 1. P. Mol. t. 1. de just. tract. 2. disp. 224. f. 1395.* & dicit communem *Corras. l. Filium quem, §. Falcidia, n. 38. C. familiæ herciscundæ.* Et constat etiam ex *l. Pupillus, 5. ff. de auth. tit.* ibi, *pupillus obligari tutori eo authore non potest*. Quod tamen intelligo primo, nisi altero tutore authore ei obligetur, ut habetur *ead. l. Pupillus*: & docent *gl. reg. Pupillus, 150 ff. de reg. jur. alius. Bertach. & Mol. proximo citati*. 2. Intelligo, nisi pupillus factus sit locupletior: tunc enim tenetur ipsi tutori. Sic habetur *ead. l. Pupillus*: & docent *gloss. ibi verb. Naturaliter, & d. reg. Pupillus, Bart. Salic. Ang. Bertachin. Mol. hic allegat.* Imo in hoc casu tenebitur pupillus tutori naturaliter & civiliter. Ut bene *gl. ea. l. Pupillus, verb. Naturaliter, & Molin. prox. cit.* Intelligo tertio, nisi pupillus dolum committeret. Sic *gl. ea. l. Pupillus, verb. Naturaliter, Molin. hic allegatus*, explicans, ut si dolo eam rem destruxisset, vel alienasset.

26 5. Limitatur, nisi promissio facta sit de rebus, quarum alienatio est interdicta minori absque judicis decreto: ut sunt immobilia, & mobilia, quæ servando servari possunt: tunc enim non obligatur etiam naturaliter, licet authoritate tutoris, absque judicis decreto promiserit, vel alienaverit, Quia lex tali alienationi resistit, *l. Si ad rejolvendam, 7. & l. Si quidem, 11. & l. Si minor, 15. C. de prædiis minor.* Sic *Bart. l. 1. n. 7. & 8. & ibi Paulus, n. 6. ff. de novat. Ang. institut. de inut. stip. §. Pupillus, n. 3.*

27 6. Limitatur, nisi pupillo vel adulto ex aliqua causa judex interdixerit administrationem: tunc enim nec naturaliter obligabitur: eadem ratione qua de prodigo cui datus est curator, diximus nu. 20. in 1. confirm. ad tertium argum. Sic *Bart. l. 1. fini, §. de novatio.*

28 7. Limitatur, nisi in mutuo, ex quo pupillus nec naturaliter obligatur. Ut expresse videtur decidi *l. Pupillus 58. ff. de actio. & oblig. & l. Quod pupillus, 41. ff. de condict. indeb.* Et tenet *Bolognimus ruor. ff. si cert. pet. n. 23.* Sed displicet hæc limitatio, nec illæ leges eam probant, (ut n. 36. ubi illis satisfiet, videbimus.) Et probatur ex *l. fin. ff. de jurejur. & l. Si pupillus, 21. in princ. ff. ad leg. falcid.* ubi de mutuo dato pupillo fit sermo, & docetur pupillum ex eo naturaliter obligari. Sic *Caldas l. Si curatorem, verb. Non absimilis, n. 28. C. de in integr. rejit. Gut. l. Nemo potest, n. 150. ff. de legat. 1.*

29 8. Limitatur in regno Castellæ, ut minor sub tutore constitutus, sine licentia curatoris non obligetur civiliter, aut naturaliter ex contractu pecunia credita inito: ut si pecunia credita aliquid emat: & idem dicendum est de filiofamilias, sive major sit, sive minor, similem contractum absque patris licentia ineunte. Quia *l. 22. t. 11. l. 5. recop. Castellæ* resistit huic contractui penitus annullans, & fidejussorem dicit minime obligari. At si minor aliquo pacto obligaretur, fidejussor maneret obligatus (ut diximus n. 21.) potuitque ea lex propter bonum commune id statuere, ea pœna venditores puniens. Sic *Perez l. 3. ord. 1. 8. l. 1. f. 603. vers. His etiam adstipulatur: Matienzo ea l. 22. gl. 8. nu. 10. Azebedo ead. l. n. 2 P. Molin. t. 2. de just. tr. 2. disp. 26. §. in regno Castellæ.* Nec talis contractus firmatur juramento. Quia ea lex expresse resistit contractui, & juramento. Sic *Mat. Perez, Azeb. n. 7. proxime citati, Gut. auth. Sacramenta puberum, n. 47. G. si adversf. vendit.* Hæc tamen ut filiusfamilias & minor non teneantur ex tali contractu pecunia credita facto, intelligenda sunt eisdem limitationibus, quibus tradunt DD. filiumfamilias non teneri ex mutuo. Ut probat *Gut. d. auth Sacramenta puberum, a n. 50. usque ad 61.* & præcipue *n. 54.* Quas limitationes referunt *Greg. Lop. l. 4. verb. Præsiado, & verb. Cavallero, tit. 1. p. 5. Ant. Gom. t. 2. var. c. 6. num. 2. Duennas reg. 370. Perez d. l. 1. f. 603. a vers. Fallit secundo, Mat. d. l. 22. gl.*

3. & 4. *Azebedo ead. l. num. 5. Gut. d. auth. Sacram. puber. n. 48. 51. 57. 76. 77. 78. 86.*

Ex dictis intertur pro materia de ludo, id quod communiter docent DD. lucrantem a minoribus teneri lucrum restituere: non ita indistincte verum esse. DD. hi sunt *D. Th. 2. 2. q. 32. a. 7. ad 2. Medina C. de restit. q. 22. §. Ut igitur in summa dicam, D. Ant. 2. p. t. 1. c. 23. §. 3. init. Sotus l. 4. de just. q. 5. a. 2. vers. Hæc demum, Castro l. 2. de lege pœn. cap. 2. coroll. 3. init. Bannez 2. 2. q. 32. au. 7. circa solut. D. Th. ad 2. & ibi Aragon. circa eandem solut. Alcocer. lib. de ludo, c. 14. § el primiero caso, Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 21. paulo post princ. Manuel. 1. t. sum. 2. c. 189. nu. 1. & 3.* Et ex Jurisperitis, *Silv. verb. Lud. q. 11. dict. 1. Cov. reg. Peccatum, 2. p. §. 4. n. 5. verb. Deinde illud, Petr. de Cov. de remedio usurum, 3. p. c. 1. Sarmento de redditib. 1. p. c. 2. n. 5. Azeb. l. 8. recop. t. 7. l. 2. n. 88.* Sed hoc pacto distinguendum est, si minor sit pubes, & curatore careat, non tenetur lucrans restituere, donec minore restitutionem petente, judex lucrantem ad eam cogat. Ratio est, quia hic minor naturaliter, & civiliter obligatur ex contractu, cum beneficio restitutionis, (ut diximus n. 4.) Quare caute *Angles floribus, 2. p. q. de ludis rest. a. un. dub. 1. f. 28 3. Alcozer l. de ludis, c. 16. f. 101. Manuel 1. t. sum. 2. edit. c. 191. n. 3.* & in *bulla compositionis, casu 19. n. 35.* limitarunt, quando minor curatorem habet. Si autem minor curatorem habeat, vel sit impubes pubertati tamen proximus sustinendo priorem sent. valde probabilem, quam retuli n. 20. afferentem hunc fine curatoris authoritate contrahentem non obligari naturaliter; consequenter dicendum est, lucrantem teneri restituere: & in hoc casu vera est sent. prædictorum authorum: & cum sit valde probabilis, poterit minor illi inniteus non solvere pecuniam in ludo amissam, Ceterum retenta sent. probabiliori relata n. 21. ut impubes pubertati proximus, & minor sine tutoris aut curatoris authoritate contrahentes obligentur naturaliter: dicendum est lucrantem a minori, vel pubertati proximo, vel aliter cum illis contrahentem absque curatoris authoritate, non teneri restituere, interim dum minor vel tutor loco illius id non repetit coram judice, utens beneficio restitutionis. Quia licet minor vel impubes ille eo contractu dominium transtulerit, (ut dicemus n. 36.) at tenebatur naturaliter & in foro conscientiæ stare contractui, dum non efficitur beneficio restitutionis: ergo lucrans non tenebitur restituere: ad hoc enim non desiderator translatio dominii in accipientem, sed satis est ut habeat jus accipiendi ac retinendi. Sic P. *Mol. t. 1. de just. tr. 2. disp. 224. ad fi. §. Ex dictis infero, & to. 2. disp. 519. §. Quod dictum est.* Hoc autem necessario intelligendum in iis casibus in quibus diximus pupillum & minorem obligari naturaliter. Præterea si minor juret contractum ludi, ut si juret se soluturum, vel non repetiturum, tenebitur solvere, nec poterit uti beneficio restitutionis, nisi in casibus in quibus majori conceditur repetitio: & hoc verum est sive minor ille curatorem habeat, sive illo destitutus sit: quia juramentum supplet defectum minoris ætatis, firma que contractum, excluditque restitutionem ratione minoris ætatis concessam (ut probavi n. 13.) Si autem ludens, & jurans sit impubes pubertati proximus, & sine authoritate tutoris ludat, sustinendo sententiam relatam n. 16. dicentem ejus juramento firmari contractum, idem dicendum est: sustinendo autem oppositam veriorem relatam n. 6. potest impubes petere relaxationem ratione imperfectæ ætatis, & ea obtenta uti beneficio restitutionis, ante obtentam vero relaxationem astringitur juramento: ut probavi nu. 17.

2. Infertur, temperandum esse quod tradunt aliqui Doctores, nempe habentem rem a minori sine tutoris authoritate, quovis titulo habeat, teneri restituere. Hi sunt, *Innoc. cap. Quia plerique, n. 3. vers. 3. d quid dicas, de immun. Eccl. Sotus l. 4. de just. q. 5. a. 3. vers. At quo ri punctum, Ledesi. 2. p. q. 18. a. 1. dub. 12. f. 227. col. 2. fi. Ant. Gom. l. 3. Taur. n. 124. Sarm. de redditib. 1. p. c. 2. n. 4. & §. Mercado, l. 3. de contract. c. 2. §. Y publicada la postura.* Et pro eadem parte est *Silv. Restitutio 2. dict. 5.* ubi ait solventem debitum pupillo sine tutoris authoritate, non liberari, nisi pupillus habeat apud se, vel factus sit locupletior, & proinde teneri iterum solvere. addit *Sarmiento, n. 6.* posse alterum rem detinere donec pupillus solvat sibi pretium, quatenus factus est locupletior, quod si locupletior non sit effectus, sed pecunias perdiderit, teneri emptorem rem gratis restituere. Sed hoc temperandum est, si enim teneamus pupillum, & minorem obligari naturaliter dicendum est non teneri alterum restituere, donec minor læsus utatur beneficio restitutionis. Quia valet is contractus in foro conscientiæ, donec rescindatur. Sic docent *Ant. d. c. Quia plerique, n. 12. & ibi Abb. n. 31. P. Mol. t. 1. de just. tr. 2. disp. 224. ad finem, §. Ex dictis infero.* In hoc tamen casu erit verissima prior doctrina, cum minor sive curatorem habens, sive illo destitutus, alienat rem immobilem sine judicis decreto. Quia ex tali contractu nec civiliter, nec naturaliter obligatur: ut probavi n. 26.

Inquires autem, an si minor nequeat absque magnis expensis petere coram judice restitutionem, possit occulta compensatione uti? Affirmant *Cord. sum. q. 155. & Lud. Lop. 1. p. instruct. 2 edit. c. 124 §. autem talis minor.* Sed hoc minime credo, nisi quando talis esset læsio, ut alter circa omne dubium teneretur in foro conscientiæ restituere ante omnem judicis sententiam. Quoniam beneficium restitutionis minoribus læsis concessum, non est, ut alter teneatur ipsis ante judicis sententiam refarcire læsionem, sed ut minores ipsi gaudeant hoc privilegio, ut judex audita parte possit concedere ipsis restitutionem. Ut constat ex *l. Si*

cura-

curatorem, C. de integ. rest. ibi, *implorare in integrum restitutionem non prohiberis, si nec dum tempora præfinita excesserint, causa cognita*, Et *l. 5. t. 11. p. 5.* ibi, *mas si se fintiere enganado, ó que lo fizo aju danno, puede pedir al juez en manere de restitucion que le desobligue*. Præterea, quia minor carens curatore cum obligetur naturaliter, & civiliter, cogetur a judice stare contractui, dum restitutionem non petit; ergo eo beneficio non gaudet, dum restitutionem minime petit, & proinde idem dicendum est de minore curatorem habente. Quia (ut diximus n. 4.) uterque minor hæres æque gaudet hoc beneficio. Tandem, quia perdens luitis lege interditis actionem habet ad repetendum lucrum coram judice, *auth. Alearum, C. de relig.* at non potest inconsulto judice compensatione uti, & si solvat, petatque postea restitutione privata lucrum sibi restitui, non tenetur alter donee condemnetur. Ut docent fere omnes DD. in materia de ludo, & potest videri in *Cov. reg. Peccatum, 2. p. §. 4. ad fi. vers. Hinc tolluntur.*

33 Rursus inquires, esto minor, qui revera solvit, non possit propria authoritate recuperare, nec compensatione uti tantumdem retinendo, an possit non solvere pecuniam, vel aliam rem promissam, sicut potest solutione facta petere coram judice restitutionem? In simili quæstione, nempe, in casibus in quibus datur repetitio pecuniæ amissæ in ludo ipsi perdenti, negant aliqui posse tuta conscientia non solvere. Ducantur, quia alias non esset verum, minorem habentem curatorem, ejus authoritate contrahentem, vel si eo careat, obligari naturaliter & civiliter, cum beneficio petendi restitutionem, quando hæres est. Cujus contrarium ut certum fatemur n. 4. si enim potest retinere, & non solvere, minime tenebitur stare contractui. 2. quia is contractus non redditur irritus, & ita alter non tenetur restituere, antequam minor petat: ut docet *Abb. c. Quia plerique, n. 28. de immun. Eccl. Ant. Gom. Tauri, n. 124. ad fin.* sed tantum datur actio minori, ut petat coram judice rescissionem, ergo dum non petit, tenebitur solvere. Et ita in hoc casu docet *Alcocer libro de ludo, c. 33 fi.* Et in simili casu, quando datur repetitio in ludo, ut non obstante actione quam habet perdens ad repetendum, teneatur solvere; docent *Alcocer ibi, concl. 3 Medina C. de restit. qu. 22. §. Corollarie sequitur, Castro l. 2. de legg. pen. c. 2. concl. 3. Salon. 2. 2. ante n. 62. q. 5. de domin. a. 6. f. 561. Fr. Garzia l. 2 de contr. c. 19. f. 386. & seq. Azebed. l. 8. recop. t. 7. l. 8. n. 5. Bonnac. 2. 2. q. 32. a. 7. f. 1182 Valent. 2. 2. disp. 5. q. 6. punct. 5. dub. 8. §. Hæ duæ sent.* & dicit esse valde probabile *Arragon. referendus, num. seq.*

34 Quamvis autem hoc sit valde probabile, verius tamen est, posse tuta conscientia non solvere, nec stare contractui. Quia quoties lex humana justa negat actionem ad aliquam rem petendam, & simul concedit ejusdem rei possessori, & debitori repetitionem, si solverit, tunc licet possidenti in utroque foro retinere: ea enim lex præstat authoritatem ad retinendum. Cui enim datur actio, eidem competit exceptio, & retentio: *reg. Qui ad agendum, 61. de reg. jur. in 6. & reg. invitus, 179. §. Cui damus, ff. de reg. jur. l. 1. §. Qui superficiem, vers. Nam cui damus, ff. de superficiebus, l. 1. C. creditor, §. C. de pactis*; Præterea, quia frustra petitur, & esset circulus inutilis, quando aliquid statim restituendum est, *l. Dolo, 8. ff. de doli mali except. & reg. Dolo 59. de reg. jur. in 6.* Cum ergo statim repetita ea pecunia debeat authoritate judicis restitui, fruitraneo esset eam solvendi obligatio. Sic expresse colligitur ex *Bart. Extravag. Ad reprimenda, n. 13. Arit. C. Novit. n. 62. & 63. de judiciis*, ubi dicunt si pupillus non solvat id ad quod obligatione naturali tenetur, non posse denunciari evangelice: quia si solvat repetit, & concederur ibi restitutio. Si tamen peccaret, clarum est posse denunciari evangelice. Et ita in alio simili, nempe, cum datur repetitio pecuniæ amissæ in ludo, posse perdentem cui repetitio datur, minime solvere, eo quod actionem habet ad reperendum: docent *Adrian. 4. materia de vest. q. de rest. ludi, quæ incipit, Qui in superiorib. Sot.* licet non ita clare, *l. 4. de just. q. 5. a. 2. ad fi. vers. Unum autem, Cov. reg. Peccatum, 2. p. §. 4. n. 8. vers. Sed & sententia, P. Mol. t. 2. de just. tr. 2. dis. 315 concl. 4. Angl. flor. 2. p. q. de rest. lud. fi. Phil. de offic. sacerd. t. 2. p. 2. l. 5. c. 2. n. 11. Arag. 2. 2. q. 32. a. 7. ad fi. Carb. q. 42. de rest. concl. 5. Lud. Lop. l. 2. de contr. c. 22. concl. 1.* & dicit esse probabile *Alcocer. l. de ludo, c. 33. concl. 3.* Quod non tantum est verum, quando actio ad repetendum est perpetua, sed etiam si temporalis sit, id est, tempore limitato concessa, si enim nondum solutio facta sit, quamvis transactum sit tempus quod jus concedit reperendi actionem, durat jus excipiendi, & retinendi, quod perpetuum est. Quoniam annalia seu temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, *l. Licet, 5. c. de except. ubi, & gl. fi. & ibi scribentes. Specul. tit. de exceptio. §. Viso quando exceptiones, n. 49. Bertrab. in reper. verb. Exceptio sub n. 192.* Nec obstant argumenta contraria sent. proposita n. præced. Ad 1. resp. rem illam esse naturaliter, & in foro conscientiæ debitam, dependentem tamen, nisi prudens in ludo, aut minor velit uti eo beneficio, ac legis privilegio sibi concedente jus excipiendi & retinendi. Nec obligatio hæc est fruitranea, multum enim deservit, nam si minor, aut perdens solvat, non poterit uti compentatione, nec recipiens tenebitur restituere ante judicis sententiam, fidejussorque obligatur: quæ omnia secus se haberent, si minor minime obligaretur naturaliter. Ad 2. dic contractum non esse irritum, at cum minori competat actio ad repetendum, subinde jus excipiendi, & retinendi comparat.

Utrum autem, si contrahens cum minori læso petente beneficium restitutionis, neget contractum coram judice, minorque legitima probatione destitutus, succumbat, peccet id negans, teneaturque restituere? consulendi sunt *P. Mol. t. 2. de just. tr. 2. disp. 514. §. Dubium est utrum, quando iuridice, Azeb. l. 8. recop. tit. 7. l. n. 97. Salon 2. 2. q. 61. fi. q. 5. de dominio, a. 6. post ult. concl. §. Quærit hic duo*, qui id disputant in negante coram judice lucrum comparatum in ludo prohibito, dum perdens illud repetit.

Ad argumenta prioris sent. proposita n. 20. probantia pupillum minime obligari naturaliter, respondetur. Ad 1. dico non inde sequi, leges civiles esse iniquas, & fovere peccatum, licet enim minor obligetur naturaliter ex contractu, at ea lege, ut fas sit illi hoc debitum naturale elidere utendo adversus illud privilegio restitutionis. Ad 2. dic quamvis naturaliter obligetur, minime eum transferre dominium: quia cum jure civili introductum sit ut non solis pactis, sed accedente simul traditione transferatur dominium, *l. Traditionibus, 20. C. de pactis*, id verum est de traditione habili eodem jure civili, qualis non est facta a majori sine tutoris authoritate. Ut probant textus cod. arg. 2. allegati: at adhuc ea possessio reddit tutum in foro conscientiæ possidentem, non enim solum dominium deobligat a restitutione, sed & jus accipiendi, ac retinendi quod jure quis obtinet solutione facta per minorem ad satisfaciendum obligationi naturali. Ad 3. & textus alios adductos in seqq. arg. ait *Fulgosius l. Quod pupillus, inst. ff. de condict. indebiti*, adeo repugnare sibi Jurisconsultos, ut vaticinari ad eos conciliandos opus sit: glossæ autem super eos textus respondent, cum dicunt pupillum non posse obligari, vel natura non obligari; intelligi de pupillo infantiæ proximo. At melius dic cum *Fulgosio ibi*, dum textus ajunt non posse obligari, intelligi efficaciter, & debito utroque jure exigibili. Quæ expositio colligitur primo, nam verba simpliciter prolata, sunt in potiori significato accipienda, *l. 1. ff. Si ager vectigal. vers. Qui in perpetuum*: & est tonus textus *l. Si is cui, 94. §. Flavius, ff. de solut.* ubi solutio debiti simpliciter facta, intelligitur de debito exigi posse, & utroque jure exigibili. Colligitur secundo ex *l. Quod pupillus, ff. de condict. indebit.* ubi caute *Jurisconsultus* non dixit pupillum minime obligari naturaliter, sed natura non debere: id enim deberi dicitur quod efficaciter debetur, & ad quod solvendum cogi debitor potest: *reg. Cum amplius, 85. ff. de reg. jur.* ibi, *id natura debet quem jure gentium dare oportet*. Ut pondero verbum, jure, quod coactionem denotat, teste *Rodulpho Agric. l. 1. de invent. c. 3.* at hæc obligatio pupilli naturalis non est efficax, fleet enim solvat, potest uti beneficio restitutionis, nec datur vis coactiva contra illam, adeo ut *Bart. Extravag. Ad reprimendum, vers. Denunciationes, n. 13.* merito dixerit pupillum non posse conveniri via denunciationis evangelicæ ad hoc debitum naturale persolvendum. Ad confirm. resp. ex illa lege evidenter colligi mentem Jurisconsulti esse ut non obligetur naturaliter prodigus, non eo quod dicat non posse obligari, sed quia subdit, *& ideo fidejussor ei accedere non potest*. Nam (ut diximus n. 21.) obligationi naturali bene accedit fidejus. Ad 2. confir. dic æquiparari non quod omnia, sed quoad obligationem civilem, & efficacem. Ad 3. confir. dic, ex doctrina *Bart. l. 1. n. 8. & ibi Pauli, n. 6. ff. de novat.* quam valde commendat *Greg. Lop. l. 5. verb. affendidit, t. 11. p. 5.* cum prodigo esset administratio perfecte concessa, nec concederetur ei restitutio, per assignationem curatoris omnino sibi interdici administrationem: & proinde fidejussorem ejus non obligari (ut dixi in solutione ad 1. confir.) At minori ante donationem curatoris non erat perfecte concessa administratio, poterat enim beneficio restitutionis juvari: & ita reputatur quasi non esset concessa, quare dato ei curatore non videtur interdicta administratio, sed quod principaliter agitur, est supplere ætatis defectum, & tollere fontentum juris civilis, non vero interdicere administrationem jure naturali concessam. Ad 4. resp. dici contractum nullum quoad obligationem civilem, & efficacem, de qua textus illæ agebat, constituens discrimen inter minorem curatorem carentem, & illum habentem, ut ille obligetur civiliter, & efficaciter; hic vero minime. Ad 5. patet ex solutione ad 3. non enim dicit *Jurisconsl.* non obligari naturaliter: sed jure naturali, & natura non debere: quæ verba, jure, & debere, important coactionem, & obligationem efficacem. Quantum autem ad id quod dicit *Jurisconsult. ea l. Quod pupillus*, nempe, repetitionem, dari, si pupillus solvat, dic dupliciter: primo, cum *Gl. Interdum, 29. verb. Locum ff. de cond. indeb. & l. Si pupillus, verb. Repetere ff. ad leg. fuse.* repetitionem comp. tere pupillo, & minori, per viam restitutionis: dene gandam vero esse minori jure ordinario petere volenti propter obstaculum naturalis obligationis: & eodem modo respondet aliis solutionibus expositis, *Caldas l. Si curatorem, verb. Non absimili, n. 30. vers. Vel aliter, C. de in integr. rest. 2.* resp. cum *Sarmiento de reddit. 1. p. c. 2. n. 3.* obligationem naturalem pupilli imperfectam esse, cum hæc oriatur ex consensu, qui naturali jure imperfectus est, & debilis ratione minoris ætatis, *l. 1. ff. de minor.* & ita non mirum, si omnes effectus naturalis obligationis non sortiatur, & detur repetitio: quare *Jurisc. ea l. Quod pupillus*, reddens rationem præmissæ repetitionis: ait, *quia natura non debet*: intellige, perfecta obligatione naturali. Ad 6. dic, comparari quoad obligationem civilem. Ad 7. dic, ea pacta rata non haberi, quoad fomentum juris civilis, & obligationem ex eo consurgentem. Ad ultimum dic. arg. a contrario sensu nil probare, ubi oppositum est alio jure definitum (ut dixi hoc 6. l. disp. 21. n. 9.) Quare cum ex multis textibus constet pupillum obligari naturaliter, arg. inductum ex illa lege, a contrario sensu, ad probandum oppositum, est inefficax.

SUMMARIUM.

Non potest minor absque judicis decreto donare arrharum nomine immobilia, aut mobilia, quæ servando servari possunt: nec oritur inde obligatio naturalis, num. 37.
Rarificatur transactio quinquennio postquam fuerit major effectus, 38.
Potest minor in bonis mobilibus, quæ conservando conservari nequunt arrhas donare absque judicis decreto, 39.
Desideratur tamen curatoris authoritas, absque illa tamen obligaretur minor naturaliter, 40.
Si dederit moderate arrhas, non potest petere restitutionem Et qualiter sit accipienda hæc moderatio, 41.
Quid de sponsalitia largitate, n. 42. Et quid, si interveniat juramentum, 43.

37 QUæstio III. An possit minor arrhas promittere? I. Conclusio, si bona sint immobilia, vel mobilia quæ servando servari possunt, desideratur judicis decretum, Quia per donationem arrharum transfertur dominium in uxorem, bonaque illa alienantur: at horum bonorum alienatio absque judicis decreto facta, est prorsus irrita, nullamque obligationem etiam naturalem parit (ut diximus n. 6. & 26.) Sic *Caldas l. Si curatorem, vers. Contractum fecisti, n. 40. C. de in integr. rest. Suarez l. 3. fori, tit. 2. De his arrhas, l. 1. 05. Greg. Lop. l. 1. verb. En Espanna, t. 11. p. 4. Ant. Gom. l. 52. Tauri n. 14.* dicens eam donationem esse omnino irritam, *Azebedo lib. 5. recop. t. 2 l. 2. n. 12.* Ubi *Matienz. gl. 2. n. 3. Barbosa l. Si ante 6. ff. solut. matr. nu. 23.*

38 II. Concl. quando sine decreto donasset hujusmodi bona arrharum nomine, ratificaretur donatio hæc transacto quinquennio, postquam minor impleverit 25. annos *l. Si quando, C. Si maj. factus*, Sic *Ant. Gom. Mat. Azeb. nu. præced. allegati.*

39 III. Concl. si bona sint mobilia, & quæ servando servari nequeunt, ut pecunia, &c. non requiritur decretum judicis, Quia ad horum bonorum alienationem id non exigitur. Sic *Suarez, Ant. Gom. Matienzo, Azebedo, Barbosa, n. 24.* quos omnes retuli n. 37.

40 IV. Concl. desideratur tamen curatoris authoritas, si minor curatorem habeat. Quia de omnibus minoribus curatorem habentibus dum contrahunt, id definitur, *l. Si curatorem, C. de in integr. rest.* & in specie probatur ex *l. 2. & l. Mulier, C. de jure dotium* Sic *Suarez n. 65. Matienzo, & Azebedo, Barbosa, n. 24.* quos retuli n. 37. Adde tamen si absque curatoris authoritate promittat, aut donet arrhas, obligari eum naturaliter, juxta tradita num. 21.

41 V. Concl. si minor duderit moderate arrhas, non potest implorare restitutionis beneficium. Quia fecit quod quilibet major, & prudens gessisset: *l. Non videtur, C. de integr. rest. l. Cum plures, §. fi. ff. de administ. tutor.* Sic *Suar. Aut. Gom. Mat Barb. n. præc. alleg.* Hanc autem moderatam quantitatem explicant *Ant. Gom. & Mat. ibi*, si minor arrharum nomine decimam suorum bonorum partem donaverit. Cum hæc quantitas lege præscripta sit. Sed melius *Suar. eo. n. 66.* dicit, licet ultra decimam sint arrhæ immoderatæ in majori, & in minori, exceditur enim decima lege taxata, at in minori etiam decimam posse esse immoderatam, ut minori restitutio competat, nimirum quando attenta uxoris, & viri qualitate reputaretur arbitrio prudentis immoderata.

42 VI. Concl. idem dicendum est de sponsalitia largitate per minorem promissa, quod quinque conclusionibus præcedentibus de arrhis per ipsum promissis diximus. Quia eadem est ratio.

43 Tandem monuerim omnia tradita conclusionibus præcedentibus, accipienda esse, nisi minor arrharum, aut sponsalitiæ largitatis contractum juret: valebit quippe accedente juramento, licet immobilia donet arrharum nomine, absque curatoris authoritate judicisque decreto; ut bene tradit *Azebedo l. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 12.* Nec poterit uti beneficio restitutionis, nisi casu quo majori competeret. Quia juramentum efficit majorem, firmatque hujusmodi contractus: ut late probavimus num. 13.

DISPUTATIO XXXIX.

Utrum filiusfamilias possit arrhas promittere inconsulto patre?

SUMMARIUM.

Filiusfamilias potest inconsulto patre contrahere, & ex omni contractu obligatur civiliter, & naturaliter, nec potest pater hujusmodi obligationem irritare, num. 1.
Si est impubes, non potest contrahere etiam circa castrensia, vel quasi, 2.
An obligetur ex mutuo, & voto, 3.
Non potest pater amovere filium puberem: quando ad certo tempore ministrandum se obligavit, 4.
An possit cogere filium, ut sibi ministret, n. 5. Et an teneatur filius cum patre habitare, possitque pater eum recedere volentem impedire, n. 6. Et filius se vendere possit.
An posse filius familias contrahere circa adventitia quorum pater habet usumfructum, vel eorum proprietatem alienare, vel hypothecæ judicare, saltem ex patris licentia, 7.
An in regno Castellæ possit filiusfamilias alienare proprietatem tertiæ partis adventitiorum absque patris licentia? Refertur opinio affirmans, 8.
Opinio authoris, n. 9. Et explicatur l. 6. Tauri hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. recop.
An possit pater irritare vota realia filiifamilias excedentis 25. annos, & an ratione ætatis eximatur filius a patris potestate, 10.
Qualiter possit arrhas promittere filiusfamilias, 11.
Qualiter possit promittere sponsalitiam largitatem, 12.

PRæmittendum est filiumfamilias posse inconsulto patre contrahere, & ex omni contractu absque licentia patris 1
imito, obligari naturaliter & civiliter, ac ei esset paterfamilias. Habetur expresse *l. Tam ex contractibus, 37. ff. de judiciis*, ibi, *tam ex contractibus, quam ex delictis in filiumfamilias competit actio*, & §. *Inutilis, instit. de inut. stip.* ibi, *servus non solum domino suo, sed nec alii obligari potest: filii vero familias aliis obligari possunt*. Et melius *l. Filiusfamilias ex omnibus, 38. ff. de act. & oblig.* ibi, *filiusfamilias ex omnibus causis tanquam paterfamilias obligatur, & ob id agi cum eo tanquam cum paterfamilias potest*. Et *l. fi. §. pupillus ff. de verb. oblig.* Ratio autem cur sine curatore non obligetur illum habens saltem civiliter, (ut dixi disp. præc. n. 4.) & tamen filiusfamilias obligetur sine patre: ea potest esse, quam ad aliud propositum reddit *gl. §. Pupillus verb. Patre, inst. de inut. stip.* quia curator datur ad supplendam imbecillitatem intellectus, ac ætatis minoris imperfectionem circa contractus ineundos. Unde fit ut deficiente curatoris authoritate quando minor illum habet, jus civile contractui non assistat, & subinde non oriatur obligatio civilis: at patria potestas est ad corrigendum. Sed cur potest pater irritare vota filiifamilias realia, saltem ante xxv. annum emissa, & tamen non potest irritare, ac impedire obligationem homini factam? Dic cum *gl. l. 2 verb. Non obligantur, ff. de pollicitationibus*, rationem esse: quia mitius agitur cum Deo, quam cum hominibus, *l. Celsus, ff. de recept. arbitr. C. l. n. 2.* eam esse rationem, quia licet actu bonis careat, at potest habere, cum contractu inito vivus maneat, & acquirere potest: efficique sui juris: at testari nequit: quia nec bona habet, nec potest habere, eo quod statim obiturus sit.

Intelligo tamen, quando filiusfamilias est pubes. Habetur 2
expresse §. *Pupillus, inst. de inut. stip.* ibi, *sed qui in potestate parentis est impubes, ne autore quidem patre obligatur*: ubi *gl. verb. Patre*, quærit cur impubes authore tutore obligetur civiliter, & naturaliter non autem authore patre. Et respondet rationem esse. Quia impubes habet tutorem obligatum, si male authoritatem præstet: patrem autem minime, *l. Cum oportet, §. Sub hac tamen, v. Non autem hypothecam C. de bonis, quæ liberis.* Idem habetur expresse *l. fi. §. Pupill. ff. de verb. obl. & ibi gl. verb. Pupil* reddit eamdem rationem. Quod etiam verum est circa bona castrensia, vel quasi. Ut optime probat *P. Mol. t. 1. de just. disp. 230. §. Licet filius famil. & t. 2. disp. 261. §. Filiusfamilias*. Intelligo tamen impubem filiumfamilias non obligari civiliter: nam obligari naturaliter si pubertati proximus fit, omnem impuberem, dixi disp. præc. n. 21.

2. Intellige, nisi in matuo & in voto: ex his enim non obli- 3
gatur filiusfamilias etiam pubes absque patris consensu. Sic *gl. inst. de nupt. stip. §. Item inutilis, verb. Obligari. Cov. rub. de test. 3. p. n. 6. Mol. l. 2. de prim. c. 9. n. 14. Padilla l. Fratris, n. 10. C. de transf. Mat. l. 5. recop. t. 10. l. 7. gl. 2 n. 25.* Et de mutuo constat ex toto tit. *ff. ad S. C. Macedon.* De qua re dixi remisive disp. præced. n. 29. His adde contractum pecunia credita factum: ut eod. n. 29. explicui: De voto autem constat ex *d. l. verb. Voto, ff. de polliciat.* ibi, *filiusfamilias, & servus voto sine domini, patrisve authoritate, non obligantur*. Quod sano modo accipiendum est, ut intelligatur irrevocabiliter: potest enim pater votum filiifamilias ante pubertatem emissum, si personale fit, irritare, si autem reale, potest usque ad vigesimum quintum annum: an possit post eam ætatem, dicemus n. 10.

Hinc infertur minime posse patrem amovere filiumfamilias 4
puberem, qui se obligavit ad certo tempore ministrandum alicui. Quia obligatur ex contractu instar patrisfamilias, ut diximus n. 1. Sic docent *Alberic. l. Veluti, n. 26. ff. de just. & jur. & ibi Zasius, n. 3. Claudius, n. 8. Jason l. 2. §. Hujus studii n. 16. ff. de just. & jur. Padilla l. Fratris, n. 11. C. de transf. Gut. de jur. 1. p. c. 5. n. 5. & 6.* Quamvis contrarium minus bene doceant *Odofred. & Martin. de Fano*, quos refert *Padilla ibidem*.

2. Infertur, minus bene sensisse *Angel. cons. 85. n. 3.* quem se- 5
quuntur *Boerius dec. 195. n. 5. Padilla l. Fratris, n. 11. C. de transf.* dicentem posse patrem compellere filiumfamilias puberem, ut sibi ministret. Quod probari potest ex *l. Sicut, 48. ff. de operarum exactio non denegatur*. Sed dicendum est non posse. Quia filius tenetur ad operas obsequiales patri, & de his intelligitur *ea lex, Sicut*; idest tenetur ad obtequendum patri in gubernatione domestica: non autem tenetur ad operas industriales *l. penult. ff. de obsequiis*, ibi, *pietatem liberi parentibus, non operas debent*. Ut docent *Bald. auth. Ex testamento, nu. 6. vers. Quid enim si lucratus, C. de collat. Paul. auth. Unde, & si parens, num. 6.*

n.6. ad fin. C. de inofficiosis test. Id. l. 1. Illud, n. 7. v. Ultima est opinio, C. de collat. Corrasius l. Frater a fratre, n. 47. ff. de condit. ind. Gut. de jur. 1. p. c. 5. n. 3. Padilla d. n. 11. Et in propriis terminis, non posse filium compelli a patre ut sibi ministret, docet multos referens *Gut. eo. c. 5. n. 4.* Tenebitur tamen filius patri ministrare lege pietatis, quando pater adeo inops esset, ut vitam traducere commode non posset. Ut bene docet *Ang. verb. Filius n. 30. Nav. sum. c. 14. n. 13. Manuel 1. 1. sum. c. 14. n. 6.* addunt bene *Nav. & Manuel*, hoc esse verum, licet pater artem norit quam exercens posset vitam tueri, quando absque dedecore eam exercere minime posset. Cujus sententiæ est etiam communis opinio, docens non posse filium relictis parentibus, in magna necessitate constitutis, in ignaeculo sua opera ac industria subvenire posse, ingredi religionem: si enim minime teneretur aut operas industriales parentibus egenis posset utique ingredi.

6 3. Infertur, minus bene dixisse *Ang. cons. 85. n. 3. & Bertium dec. 195. n. 5. Baldum Novell. de dote, p. 7. privileg. 34. n. 5. vers. Et sicut*, ajunt ita teneri filiumfamilias habitare cum patre, ac uxore cum viro. Sed dicendum est, si filius nolit alimenta a patre recipere, & velit honestum vitæ genus quærere, non posse impediri a patre non indigente nisi opera, quominus alio proficiscatur. 1. quia contrarium esset hominem liberum, servilis conditionis efficere, contra *l. 2. ff. si quis a paren. fuer. manum.* Item quia filius in hoc concedatur libertas, & voluntas, *l. fin. ff. de liberis exhibend.* ibi, *cum liberam facultatem abundi habuerit.* Præterea, quia peculiare est correctionis gratia, ut possit pater filium modico tempore inclusum habere, ut docent *Bart. l. Bene facio, fine, ff. de hered. instit. Felis* alios referens, *c. Cum contingat, n. 8. de foro compt. Alciat. reg. 1. præsump. 3. Pinel. l. 1. p. 2. n. 55. C. de bonis matern. Sot. l. 5. de just. q. 2. a. 3. fi Salon 2. q. 65. a. 2. fi.* Unde bene infert *Pinel.* non posse patrem absque causa justa impedire filium ad Indos proficisci volentem. Pro eadem sententia est *Padilla, l. Frater, n. 10. C. de transact.* ubi multis DD. citatis contra alios certis posse filiumfamilias invito patre se venundare ad pretium participandum.

7 2. Supponendum est, circa quæ bona possit filiusfamilias licentia patris minime requisita contrahere: quamvis enim proprietarius extraneus venderet proprietatem invito usufructuario posit, *l. 2. C. de usufruct.* at filiusfamilias proprietarius nullo modo potest vendere, vel alienare, aut obligare proprietatem adventitiorum in quibus pater habet usumfructum, invito patre, propter paternam reverentiam. Ecsita nequit de his contractum facere. Habetur expresse *l. fin. §. Filii autem, C. de bonis quæ lib.* ibi, *filiis autem familias in iis dumtaxat casibus usufructus apud parentes constitutis est, donec parentes vivunt, nec de eisdem rebus testari permittimus, neque circa voluntatem eorum in quorum potestate sunt, ulla licentia de concedenda dominium vel ad eos pertinentia alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori assignare.* Et ita docent *Ant. Gom. 16. Tauri, n. 14. Caldus, l. Si curatorem, verb. Læsis, n. 152. C. de in integr. resti. Molina* multos referens, *l. 2. de primog. c. 9. n. 20. Cervantes l. 5. Tauri, n. 26. P. Mol. t. 1. de just. tr. 2. disp. 228. f. 1419.* & melius *2. id. disp. 261. f. 41.* ubi probat filium familias puberem minorem 25. annis posse circa adventitia contrahere de patris licentia, contra alios id solum concedentes quando filius est major 25 annis.

8 Gravis autem est difficultas, an jus hoc commune correctum sit in Castella, quoad tertium bonorum adventitiorum, possitque filiusfamilias absque patris licentia contractum facere, alienareque illud quoad proprietatem, servato patri usufructu, dum pater illi rompetur? *Caldus l. Si curatorem, verb. Læsis, n. 152. C. de in integr. resti.* affirmat esse correctum, & sic posse per *l. 6. Tauri, hodie, l. 1. tit. 8. l. 5. recop. Castell.* ibi, *los ascendientes succedan a los descendientes en todos sus bienes: pero bien permitimos que no embargante que tengan los dichos ascendientes, que en la tercera parte de sus bienes puedan los dichos descendientes disponer en su vida, o hazer qualquier ultima voluntad.* Ubi ponderanda sunt ea verba, *puedan disponer en su vida.* Item quia cum eisdem verbis loquatur de dispositione in vita, & in ultima voluntate, si per illam legem non esset permissum filiusfamilias per viam contractus, & dispositionis inter vivos disponere de tertia bonorum parte, id utique non liceret etiam per viam testamenti: quod falsum est, ut constat ex *l. 5. Tauri, hodie l. 4. 1. lib. 5. recop. Castellæ.*

9 Ceterum verius est, per l. 6. Tauri, non esse correctum jus commune quoad dispositionem filiifamilias inter vivos, & ita non posse per viam contractus disponere de tertia bonorum parte, etiam quoad proprietatem absque licentia patris habentis in illis usumfructum. Prob. quia a jure communi recedendum non est nisi expresse ejus correctio sit in jure notori, & verba impropriandæ sunt, ut hæc evitetur (ut dixi l. 1. disp. 17. n. 6.) sed in l. 6. Tauri, non fit mentio de filiofamilias, sed tantum dicitur, *los descendientes puedan en perjuicio de los ascendientes disponer en vida, &c.* ergo ut videtur juris communis correctio, debet intelligi secundum jus commune, de filiis qui sunt sui juris. Et confirm. quia l. 5. Tauri, expresse agens de filiisfamilias solum concessit via testamenti disponere, ibi, *el hijo, o hija que esta en poder de su padre puedan hazer testamento como si estuviesse fuera de su poder.* At quoad potestatem contrahendi nil dicit, cum ergo sit casus omissus, manet in dispositione juris communis, *l. Commodissime, ff. de lib. & posth.* Nec obstat quod in contrario induximus, nempe, non probari ex *eal. 6.* Filiumamilias posse testari de tertio bonorum. Quia id fateor: decidit tamen l. 5. Tauri, posse testari ac si esset sui juris, & cum l. 6. Tauri, decidatur filium effectum sui juris posse de solo bonorum tertio disponere, consequenter idem dicendum est de filiofamilias. At circa contractus nil disponitur de filiofamilias, & ita manet incorrectum jus commune. Sic tenet *Cervantes, l. 5. Tauri, n. 55. & seqq.* & ejusdem fetur est clare *Mol. l. 2. de primog. c. 9. n. 20.* juncto *n. 12.* nam dicit *n. 12.* posse filiumfamilias in testamento majorem instituere, absque patris licentia: & *n. 20.* non posse per viam contractus: ubi necesse est ut intelligat etiam de tertio bonorum: nam si intelligeret ultra tertium bonorum, nulla esset differentia inter contractum, & testamentum, cum neutro casu ultra tertium disponere possit, juxta *d. l. 6. Tauri.*

Hinc infertur pro materia de voto, non esse certum id quod communiter tradunt DD. nimirum, solum posse patrem irritare vota realia filiusfamilias emissa ante xxv. annum. Quia utique ad eam ætatem denegatur illis bonorum administratio. Sic *Angel. Votum 2. n. 6. Sylv. votum 4. q. 2. dist. 2. Nav. sum. lat. & lib. p. c. 12. n. 70. D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 2. n. 6. Sot l. 7. de just. q. 3. a. 2. vers. Ex his sic dispositis. Angles loribus, 2. p. q. de voto, art. 7. dist. 12. dub. 8. f. 119. Medina l. 1. summæ c. 14. §. 7. f. 90. fine, & Margarita confessorum de irritat. voti, 138. Alcocer sum. c. 16. concil. 4. f. 56. Arag. 2. 2. q. 88. a. 9. paul. post princ. & 5. Circa 4. concl. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 48. §. Vota personalia, Vega l. 4. sum. casu 414. Manuel 2. 1. sum. c. 91. n. 3. Phill. de offic. sacerd. t. 1. p. 2. 13. n. 18. §. Quod vota.* Ceterum probabilius censeo, posse in quacumque ætate filiusfamilias vota realia emiserit, ea patrem irritare. Prob. quia ratione ætatis, non eximitur filius a patria potestate, licet senex sit: cum nullo jure id cautum sit. Ut docent *gl. l. fi. §. Pupillus verb. Pupillus, ff. de verb. obl.* & ibi omnes scribentes *Suarez l. 1. legum fori, tit. 11. l. 9. vers. Utrum nota, Ant. Gom. l. 47. Tauri, n. 1. Perez l. 3 ordin. t. 8. l. 1. f. 128. Mol. l. 5. recop. t. 4. l. 8. gl. 1. n. 2.* Et ex altera parte nullam habet bonorum administrationem adventitiorum, dum est sub patris potestate constitutus, nec ea potest ullo modo inconsulto patre alienare, vel de eis disponere: (ut probavi n. 7.) ergo votum emissum tali filiofamilias cujusque ætatis sit, circa ea adventitia in quibus pater habet usumfructum, potest ab ipso patre irritari. Et confirm. quia *l. 2. ff. de pollicitat.* univertaliter dicitur filiumfamilias non obligari ex voto: & solum DD. excipiunt, quando talis filius habet peculium castrense, vel quasi: ergo cum filius hoc peculio caret, potest pater ejus vota realia irritare in quacumque ætate filiusfamilias sit: si quidem datur patria potestas in patre, & defectus administrationis in filio. Præterea, quia (ut bene tradit *Sylv. Votum 4. q. 2. dist. 5.*) ratio potestatis irritandi vota realia filiusfamilias minoris, non est defectus voluntatis, sed præjudicium patris, quo inconsulto nequit filiusfamilias ullo modo circa adventitia obligari, cujuscumque sit ætatis. Et hanc sent. clare videtur tenere *Tabiena Votum 2. q. 5. n. 6.* ubi dicit alia vota filiorum puberum, præter votum religionis non esse rata, dum sunt in patria potestate. Et expresse tenet tanquam valde probabile dicens fic tenere aliquos neotericos, *Viva d. Candel. sacramentor. 3. p. c. 14. n. 92.*

His præmissis sit I. Concil. Potest filius familias arrhas inconsulto patre promittere. Prob. ex dictis n. 1. poteſt enim quemcumque inire contractum: & siquidem eas promittat de bonis præsentibus, & futuris, decima bonorum quam potest promittere, computabitur attenta bonorum quantitate quæ possederit tempore quod elegerit uxor, ut sibi assignentur arrhæ juxta tradita hoc 6 l. disp. 29. nu. 5. Si autem vel de solis bonis præsentibus, vel absolute de bonis suis promittat, tunc enim de solis præsentibus intelligitur, ut dixi ead. disp. 19. n. 6. computanda est decima, juxta bona quæ tunc possidet filiusfamilias, ad quam computationem faciendam attendenda sunt adventitia, quæ tunc habet, non integre, si arrhas promittat ante benedictiones Ecclesiæ subsecutas: fed computandus est valor illorum bonorum adventitiorum, seu juris quod ad ea, quæ habet, cum eo onere ut pater sit usufructuarius, nec filius possit ea alienare. Deducenda enim sunt onera, & gravamina bonorum ad computationem decimæ; (ut dixi ead. disp. 29 n. 12.) Dixi si arrhas promittat ante benedictiones Ecclesiæ: quia cum per matr. subsecutis iis benedictionibus efficiatur filius sui juris in hoc Castellæ regno, nec deinceps pater usumfructum habeat: ut constat ex *l. 47. & 48. Tauri, hodie l. 8. & 1. 1. l. 5. recop. Castell.* si tunc promitteret filius arrhas, integre computandus esset valor bonorum adventitiorum ipsius: quia jam plene sunt sua quoad proprietatem, & usumfructum. Unde sit ut etiam si arrhas promittat ante initum matr. modicæ considerationis sit ad valorem adventitiorum minuendum, usufructus, quem pater in illis habet: cum cito extinguendus sit in hoc regno, nimirum subsecuto matr. receptisque Ecclesiæ benedictionibus.

II. Concl. Similiter potest filiusfamilias promittere sponsalitia largitatem, tum quia ex omni contractu obligatur, tum etiam, quia hæc non mensuratur juxta bona quæ possidet, sed juxta quantitatem dotis uxoris: Ut dixi hoc l. 6. disp. 24.

DISPUTATIO XL.

An mulier quæ ad secundas nuptias minime transit, posit superstitibus filiis, vel ascendentibus, ad libitum soluto matrimonio disponere de arrhis?

SUM-

SUMMARIUM.

Proponitur lex 1. tit. 2. de arrhis, lib. 3. fori, in cujus intelligentia versatur difficultas, num. 1.
Quot sint disputandi casus, 2.
Quando mulier non secundo nupsit, & habet descendentes, an possit disponere de arrhis, sicut de ceteris bonis, & in illarum tertia, & quinta parte meliorare in regno Castellæ aliquem ex descendentibus. Refertur opinio negans, num. 3.
Et contraria verior, 4.
Solvuntur argumenta, 5.
An si mulier habeat solos ascendentes, possit ad libitum disponere de arrhis: proponuntur arg. probantia partem affirmantem, 6.
Opinio auctoris, 7.
Solvuntur arg. n. 8. Et explicatur l. 51. Tauri, hodie l. 3. tit. 2. lib. 5. recop. & quando exceptio sit met regulam.

1 QUæstio hæc in duplici potest eventu disputari. Alter est, dum mulier non transit ad secundas nuptias. Et de hoc est disp. præsens. Alter vero, dum ad eas transit. Et de hoc habebitur sermo disp. seq. Pendet igitur præsens difficultas ex intelligentia *l. 1. 1. 2. de arrhis, l. 3. fori*, ubi 4. deciduntur. I. est, ut arrhæ non excedant decimam. Et hoc est confirmatum l. 50. Tauri, & diximus in superioribus disp. II. ut usque defuncta absque descendentibus, nec disponente de arrhis, succedant in illis maritus ac ejus hæredes. Et hoc est correctum per *l. 51. Tauri, hodie l. 3. tit. 2. lib. 5. recop. Castellæ.* Ubi sic dicitur, *si la muger no uviere hijos, sino disponente expresamente de las arras que las aya el heredero, o herederos de ella, y no el marido, ora la muger haga testamento, o no.* III. si mulier filios habeat, ut possit disponere de quarta arrharum parte reservatis aliis tribus portionibus filiis: his verbis, *e si la muger aviendo fijos deste marido finare, pueda dar por su larma la quarta parte de las arras a quien quisiere, e las tres partes sin quen a los fijos del marido de quien las uvo* IV. si uxor liberis careat, ut possit tempore vitæ vel mortis ad libitum de arrhis disponere.

2 Circa hæc ergo duo ultima quæ disponit lex prædicta fori, duo sunt casus dubii. I. an si mulier descendentes habeat, quæ secundo non nupsit, possit de arrhis disponere, sicut de reliquis bonis, & meliorare in 3. & 5. illarum parte quemliber descendentem, & quintam partem cuicumque extraneo legare? II. quando descendentibus caret, an possit in ascendentium præjudicium disponere ad libitum de arrhis?

3 In I. casu, quidam asserunt de sola quarta arrharum parte mulierem posse ad libitum disponere, reservatis tribus reliquis portionibus, filiis, in illisque filios æqualiter succedere, nec concedi matri posse aliquem descendentium in illis portionibus meliorare; ducuntur, quia ubicumque lex refert aliquid filiis, æqualiter fit divisio inter illos, *auth. De nuptiis, col. 4. §. Venient autem, & auth. Lucrum, C. de secund. nupt. ad d. leg. 1. fori*, disponit tres arrharum portiones ad filios pertinere: ergo æqua lance fiet inter eos distributio. Quod si dicas, leges fori non habere vim legum nisi probetur usus: id minime prodest. Quia est approbata *in l. 50. Tauri, hodie l. 2. t. 2. lib. 5. recop. Castellæ.* Secundo, quia *l. 53. Tauri* disponit, ut si mater filios non habuerit, possit disponere de arrhis: ergo a contrario sensu eis habitis nequibit disponere. Sic tenent *Suarez l. 3. fori, t. 2. De las arras, l. 1. n. 70.* licet dicat se non omnino id definire: & *l. Quoniam in prioribus, limit. 10. n. 1. C. de inofficiosis test. Jo: Lup. rub. de don. §. 27. n. 1. Azebed. l. 5. recop. tit. 2. l. 3. n. 2.*

4 Verum omnino tenendum est, posse matrem quæ secundo non nupsit, quemcumque ex descendentibus meliorare in tertia, & quinta arrharum parte, & meliorationem generalem bonorum factam comprehendere arrhas, posseque quintam partem cuilibet extraneo legare, atque ita nullum esse discrimen in hoc regno Castellæ inter arrhas, & cetera bona uxoris. Prob. quia lex illa fori, quoad eam partem non est usu recepta, imo contrarium usu servatur, nec l. 50. Tauri illam in ea parte confirmat, sed solum in quantum disponit arrhas non debere excedere decimam bonorum 2. quia expresse *l. 17. & 18. Tauri, hodie l. 1. & 2. t. 6. l. 5. recop. Castellæ*, absolute concedit parentibus, posse meliorare quemcumque ex descendentibus in tertio, & quinto bonorum: *& l. 30. Tauri hodie l. 13. t. 6. l. 5. recop.* deciditur posse parentes cuicumque legare quintum bonorum, sed arrhæ sunt patrimonium uxoris ipsique acquiruntur: ergo potest de illis disponere meliorando descendentes in 3. & 5. parte, & legando cuicumque quintam partem. 3. quia *l. 52. Tauri hodie l. 4. t. 2. l. 5. recop.* conceditur mulieri posse eligere arrhas, vel sponsalitiam largitatem, sed de hac potest disponere, sicut de reliquis suis bonis, ergo & de illis. Sic docent *Tello l. 19. Tauri, num. 12. Mol. l. 1. de primog. c. 10. n. 64. Spino speculo test. gl. 18. n. 26. Meres de major. 1. p. q. 54. n. 4. Matienzo lib. 5. recop. tit. 2. l. 3. gl. 1. Valas. cons. 16. nu. 6. t. 1. Angulo de melior. l. 2. gl. 1. nu. 5. Gut. 2. pract. q. 18. n. 5. & l. 3. q. 43. a n. 24.* licet *in fine illius quæstionis* aliquantulum vacillet: *P. Molin. t. 2. de just. tr. 2. disp. 431. §. De arrhis quas mulier.*

5 Ad argum. proposita nu. 3. resp. Ad 1. constat ex dictis num. præc. Ad 2. dic, solum probare, non posse mulierem habita prole disponere ad libitum de arrhis. Quia proles succedit in omnibus bonis præter quintum.

6 In II. casu, quando mulier solos habet ascendentes, videtur posse illam de integris arrhis disponere: ex *l. 51. Tauri hodie l. 3. tit. 2. l. 5. recop.* ibi, *si no dispone expresamente de las arras, que las aya en sus herederos*: ergo a contrario sensu quando expresse disponit, potest excludere hæredem & sic parentes. Nam verbum, hæres, politum in contractibus, vel in legibus, significat directe succedentes in universo patrimonio *l. fi. C de hæred. instit.* & resolvit post *speculatorem, Guido Pap. dec. 487. n. 2. & 591. n. 2.* parentes autem sunt legitimi illiorum hæredes: ut in *totor. C. de jur. & legitimis hæredib. 2.* faciunt ea verba *d. legis 51. Tauri, si la muger no uviere hijos*: quia ne mulier posset de arrhis libere disponere, solum lex consideravit filios, exceptio autem firmat regulam in contrarium, in casibus non exceptis, *l. Nam cum liquide, ff. de penu legata, & l. Quæsitum, 12. paulo ante §. Si quis fundum, vers. Idem respondit, ff. de fundo instructo.* His tamen non obstantibus certissimum est, mulierem habentem ascendentes, de sola tertia arrharum parte posse in eorum præjudicium disponere in regno Castellæ. Probatur ex *l. 6. Tauri, hodie l. 1. t. 8 l. 5. recop.* ibi, *los ascendientes succedan a los descendientes y los jean legitimos herederos como son los descendientes a ellos en todos sus bienes de qualquier qualidad que se an, &c. pero en la tercera parte de bienes puedan disponer.* Ubi ponderanda verba, *en todos sus bienes de qualquier qualidad.* at arrhæ sunt bona propria mulieris, & ipsius patrimonium: ergo deficiente prole sunt parentes hæredes necessarii dempta sola tertia parte. Deinde pondero ea verba, *se an los ascendientes herederos legitimos, como son los descendientes a ellos*: ascendentium namque, & descendentium successio in omnibus ibi adæquatur: ergo sicut mulier non potest descendentibus præjudicare in totis arrhis, sed in solo quinto: ita nec ascendentibus nisi in solo tertio.

8 Ad arg. proposita n. 6. resp. Ad 1. dic, arg. a contrario sensu probavi hoc l. 6. disp. 21. n. 9. ut contingit hic, nam *l. 6. Tauri*, decisum est, parentes esse hæredes necessarios dempto tertio bonorum. Ad 2. similiter dic, exceptionem firmare regulam in casibus non exceptis, nisi alius sit casus alio jure exceptus. Quia quoad illum exceptio non firmat regulam. Constat ex *Clem. Exivi, de verb. sig. §. Deinde*; & ibi docet *gl. verb. Deinde, & ibi Card. eo. §. Ecce loco ab excep. ad reg. n. 5. Gut. l. 5. pract. q. 111. n. 1. vers. Nihilominus, & l. 3. q. 15. n. 41.* At hic casus quando mulier habet ascendentes, ut non possit nisi de tertia bonorum parte disponere, est exceptus *l. 6. Tauri.*

DISPUTATIO XLI.

An mulier secundo nubens superstitibus filiis ex priori matr. possit disponere de arrhis a priori viro acceptis, sicut de aliis propriis bonis: vel teneatur integras servare iis filiis, illique succedant æqualiter, itaut nullum meliorare possit?

SUMMARIUM.

Filius prioris matr. tenetur mulier secundo nubens reservare quæ a priori marito titulo lucrativo habuit, non autem quæ onerojo: illique æqualiter succedunt: nec potest aliquem ex illis meliorare: nec hoc est correctum jure canonico, nu. 1.
Refertur opinio affirmans, teneri reservare arrhas filiis prioris matr. 2.
Contraria sent. authoris, n. 3. Et quid de sponsalitia largitate, n. 4. & quid si alius dedit arrhas nomine viri, 3.
Solvuntur arg. n. 5. Ubi junct. n. 2. an donatio remuneratoria reservetur filiis prioris matrimonii.

PRæmittendum est, uxorem aliquid a marito accipientem 1
sive donatione inter vivos, sive ultima voluntate, teneri ad secundas nuptias transeuntem, integre reservare filiis propriis matr. Habetur expresse *l. Femina, 3. C. de secund. nupt.* concordat, *l. 26. t. 13. p. 5.* Et statim mulier transiens ad secundas nuptias amittit dominium prædictorum bonorum, transferturque in filios, retento sibi solo usufructu. Constat ex *d. l. Feminæ*, ibi, *possidendi tantum, atque fruendi in diem vitæ: & auth. Ex testamento, C. eod. tit.* ibi, *eorum solum usumfructum percipiet: & auth. In donatione, C. eod. t.* ibi, *deserit eam proprietas*: & alia bona æqualiter inter filios dividuntur: nec poterit mater in eis aliquem meliorare, *auth. Lucrum, C. eo. tit.* ibi, *lucrum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.* Idem habetur §. *Venient, auth. de nuptiis*, quæ omnia optime docet *Ant. Gom. l. 15. Tauri, n. 3.* Hæc autem intelliguntur de iis quæ habet mulier ex bonis propriis mariti titulo lucrativo, non quæ habet titulo oneroso, efficiuntur omnino sua, nec tenetur reservare filiis prioris matr. sed de eis potest disponere sicut de ceteris suis bonis, ut constat ex illis verbis *d. l. Feminæ donat. factis, vel cujuslibet munificæ liberalitatis præmio. Hi auth. Hoc lucrum, C. eo. tit.* appellatur hoc lucrum. Sic cum *Baldo, Boerio*, & multis aliis docent *Ant. Gab. t. 3. comm. l. 3. t. de secundis nuptiis, concl. 1. n. 40. Jo: 16. n. 7. to. 1. P. Mol. t. 2. de just tr. 2. disp. 431. §. Contrarium.* Nec decisio hæc corrigitur jure canonico: solas enim leges sustulit, quæ in secundarum nuptiarum odium sunt principaliter editæ: hæc autem principaliter in filiorum prioris matr. favorem lata est. Sic docent *Ripa, Decius, Guido*, quos

quos refert, & sequitur *Valasco d. cons. 16. n. 3. Cov. 4. decret. 2. p. c. 3. §. ult. n. 7. Ant. Gab. d. concl. 1. n. 8. Ant. Cucus l. 5. instr. majorum, t. 12. n. 189. Matienzo l. 5. recop. tit. 1 l. 3. glos. 1. n. 2. Molina d. disp. 431. §. Dubium est, utrum.*

2 Hoc supposito duplex est sent. I. ait, non teneri reservare arrhas filiis prioris matr. sed de illis posse ut de reliquis bonis disponere. Ducitur 1. quia hæc non est donatio simplex, sed remuneratoria, hujusmodi autem donatio non reservatur filiis prioris matr. Ut cum *Rispa, Bertrand. & Jo: Nicolae* docet *Ant. Gabr. d. concl. 1. nu. 39.* 2. quia arrhæ non dantur titulo lucrativo, sed oneroso in compensam pudicitiæ quam uxori vir prostituit, & dotis ab ea receptæ, (ut diximus hoc 6. l. disp. 27. nu. 3. & 4.) & confir. quia communiter arrhæ deducuntur in pactum instar contractus onerosi, nec aliter convenire vult, uxor, vel ejus partes agens, nisi tanta arrharum quantitas promittatur. Nec obstat, si dicas principium esse voluntarium. Quia vir nullo jure compellebatur arrhas promittere. Non etiam dotem datam sponsæ juniori, aut nobiliori non tenebatur sponsus promittere, & tamen non tenetur uxor eam reservare filiis prioris matrim. (ut diximus hoc l. 6. disp. 8. n. 2.) Et ideo hanc sent. quæ satis probabilis est, tenent *Valasc. d. cons. 16. n. 6. Mol. d. disp. 431. §. Contrarium*: ubi addit, quando sponsa relictis arrhis eligeret sponsalitiam largitatem, ut sibi conceditur *l. 52. Taurr, hodie l. 4. t. 2. l. 5. recop.* tunc non teneretur uxor reservare filiis prioris matr. sponsalitiam largitatem quoad quantitatem valoris præcise, qui arrhis responderet: quia quoad eum valorem vim arrharum haberet in materia proposita.

3 II. Sent. communior, & probabilior, ait teneri reservare arrhas filiis prioris matr. quas ab eorum patre mulier accepit, inter illosque esse æqualiter dividendas, ex testamento, aut ab intestato, nec posse ex illis instituere majoratum, aut meliorare quemquam eorum filiorum. Quia donatio arrharum est voluntaria, & ita non habetur ex titulo oneroso, sed lucrativo a priori viro. Quare hanc sustinent sent. *Jo: Lupus rub. de don. §. 67. n. 17. vers. Sed revera Suarez l. Quoniam in primis, in decl. ad legem regni, limit. 10. num. 2. C. de inofficc. test. & l. 1. t. de las arras, l. 3. fors, n. 73.* ubi ampliat sive vir dederit arrhas, sive alius nomine viri: *Villalobos in commun. opin. lit. A. verb. Arra, num. 251. fin. Mol. l. 2. de primog. c. 10. n. 62. Ajora de partit. 3. p. 15. Gutier. 2. pract. q. 18. fi. & lib. 3. q. 43. n. 25. Azebedo l. 5. recop. t. 1 l. 4. n. 6. Angulo de melior. l. 2. gl. 1. num. 5.* Favent *Ant. Gom. l. 15. Tauri, n. 3. & Matien. lib. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. n. 4.* dicunt enim teneri uxorem reservare filiis prioris matr. quidquid habuit a viro causa nuptiarum. Videtur etiam decisum *l. 26. t. 13. p. 5.* ibi: *las arras e las donaciones que el marido fizado le oviesse dado, en salvo fincan a sus fijos del primier marido.*

4 Sponsalitiam autem largitatem a priori viro acceptam absque dubio tenetur uxor transiens ad secundas nuptias reservare filiis prioris matr. Quia est vera donatio profecta a viro in uxorem. Sic docet *Ant. Gom. Matien. Ajora relati n. præc.* & fatetur *Molina relatus pro contraria sent. n. 2. fin.*

5 Ad argum. prioris sent proposita num. 2. resp. Ad 1. dic eam doctrinam esse veram de donatione remuneratoria debita ex lege justitiæ: qualis non est hæc. Ad 2. negatur dari arrhas ex contractu oneroso. Quia licet dentur in præmium pudicitiæ, non sunt debitæ; sed ex spontanea mariti voluntate proficiscuntur. Ad confirm. dic, quamvis arrhæ deducantur in pactum, at principium promittendi est voluntarium, promissioque fuit liberalis, nulla causa ad eam cogente. Nec est simile de dote promissa sponsæ nobiliori, aut juniori. Quia ibi intercedit causa urgentissima, pretioque æstimabilis, atque ita redditur contractus onerosus. Secus in arrharum promissione. Quia doti datæ ab uxore, proprie, & per modum contractus onerosi correspondet obligatio, quia vir astringitur ad onera matrimonii sustinenda, & ad reddendam integram dotem soluto matr. Pudicitia autem quam uxor viro prostituit, non est consideratione digna, ut remuneretur: frustraneum enim esset matrim. nisi uxor pudicitiam viro prostitutura esset. Quare arrharum promissio potius ex munifica ac liberali mariti sponsione proficiscitur, quam ex titulo, & contractu oneroso. Atque hæc ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & intemeratæ Virg. Mariæ dicta sint: quibus finitur Tomus hic prior.

FINIS TOMI PRIMI.